AVERROYS EPITHOMA TOTIVS METHAPHISICES ARISTOTELIS IN QVATTVOR SECATVM TRACTATVS. INTERPRAETE IACOB MANTIN DERTVSENSI HEBREO ARTIVM ET MEDICINAE DOCTORE AD ILL^{m}. PRINCIPEM AC.D. R.D.HERCVLEM CONSAGAM ELECTVM MANTVANVM.



¶ Herculi Consagę Electo Mantuano Dño suo Illustriss. Iacob Mantin Hebreus Medicus. Secundam optat Fortunam.

q Voniā inter philosophoꝝ sectas. R. D. Princepsq́ Illustriss. ꝑipathetica profecto uidetur: hac tēpestate nostra cęteras antecellere. Tū qa nobis propinqor tēpore. Tū maxime: qa sensui cognatior quo natura sūmope gaudet: ab eoq́ oēs fermē discipline initiū sumūt. Et si platōici oppositū celebrēt ordinē: Ab itellectu. n. originē suę doctrinę suāq́ disciplinā nācisci nitūtur. Neminē tñ latet hāc esse probabiliorē faciliorēq́ ꝑsertim in rerū naturaliū notitiamā in methaphisicalibus sepissime errare: et rarissime demōstrare cōtingit: nisi quis diuino afflatu imbutus fuerit. In consortio uero huius ꝑipathetici nouissimi dogmatis: solus Arist. colitur ad syderaq́ extollit: et oēs laudes illius sectę aure merito ad se uēdicauit: cui oēs posteriores gratias referūt et agunt cū ea q̄ scripsit: quadā breuitate: admiratu digna: ordineq́ mirifico cōpacta/ ab eo habeātur. Huius eqdē expositores atq́ cōmētatores: inumerabiles/ prope dixerim/ extāt: Inter quos. Vnus tñ Auer. Cordubēsis machometanus: sentētiis ipsius Arist. maxime accedere nullus prorsus pōt ābigere. Quis nā ꝑter Auer. ita abūde Arist. cōmētatus est? Edidit nāq́ ipse: sup libros Arist. tres expositiōes: unā uidelicet longā iuxta litterā/ quā latini in nōnullis libris hñt. Aliā uero q̄ ꝑ tractatus & sūmas/ atq́ capitula ꝓcedit ad instar paphrasis: quā ut reor: iō fabricauit: ut si qd/ in lōga/ erroris acciderit: ex breuitate/ uel incorrecta trāslatione textus/ possit tutius mētē suā apire cū in ea nō sequat seriē uerborū Arist. sed tñ sentētiā. Cōdidit & tertiā breuissimā potius sūmulā quādā: seu epithoma: i quo aggregat rōnes dūtaxat demōstratiuas: uel robustiores ipsius Arist. difficilesq́ sentētias digressiōibus: ut eius moris est diluit. Ad necessaria q̄sita tñ obseruāda: in qua sūmula tectū latebat: epithoma methaphisice qd̄ āplectit oēs duodecim libros Arist. quatuor tractatibus tm: ꝑmuq́ tuo noie nūc iterptatus sum: ex hebraica in latinā orationē: cū eas expositiōes oēs in sermone hebraico obtineamus: q̄s deo duce: teq́ fauēte trāsferre spo i latinū idioma: q̄primū librū Colliget Auer. (ut incępi) uerti ꝑfecerim. Est. n. ille liber totus puerse deprauateq́ trāslatus: quod facile iudicari pōterit si nostra cū prima examinetur traductiōe & correctiones erroꝝ: in prisca Auic. trāslatiōe inuentoꝝ: q fere infiniti sunt: in lucē dederim: paphrasis quoq́ Iohānitii iterꝑtari desierim/ sup plurimos libros Gal. opus sane laude dignū: cū diffinitiue & diuisiue i eo procedat: & ꝓlixitatē Gal. in miram redigiat breuitatē. Te tñ anuēte & aspirāte. Et q̄uis i his libris uertēdis: & iā cōuersis a nobis latinā eloquētiā nō ꝓfiteamur. Fateor. n. me eā nō esse assecutū. Illā tñ traductionē q̄ pridē fede & barbare: latinis data fuit: atq́ obscure/ nō imitabimur. Sed ꝓ uiribus conabimur sententiā integrā authori reddere/ & intelligibilē. Quapp hoc epithoma methaphisice Auer. p°. trāsferre decreui/ cū in lōga cōmētatione ipsius quā latini hñt multa inculta & mutiliata appareāt/ pp deprauatā traductionē idq́ ꝑfecto est familiare oībus priscis traductiōibus Auer. fuitq́ causa/ ut multi hac etate/ doctrinā Auer. damnēt/ qd̄ forrasse temere faciūt/ cū ois bona ꝑhia/ iā diu ab Auer. accepta cōprobataq́ fuit/ ubi religiōi nō obstat: & si aliqua nō esse probe dicta uideātur ab eo/ nō eqdē eius ignorātię ascribendū: sed traductionis uitio (in maiori parte.) Accipe igit Pręsulū decus/ epithoma methaphisice: Auer. qd̄ tuo dicaui nomini: cū neminē putaui hoc tuo euo: plus decere: lucubrationes meas iscribere q̄ tibi: tū qa litteratura ꝓbitate nobilitate ꝑditus es. Tū etiā qa bonas mētes iuuare patrocinū assūpsisti/ tuaq́ ꝑsentia opē fert ꝑhis ꝑiis probisq́. Ingenia recta ad te cōducis libros quoq́ uarios tuo ere undiq́ aggregas: ut aliis cōfers bonū: ut boni moris ē: & ꝑhiā locupletare cupis/ patrē profecto atq́ patriā nō degeneras: & aquā clarā ex illo magno fonte ꝑclarissimi ꝑhi Petri Pōponatii patritii Mātuani bibis. Neq́ a dextris tuis illū eruditissimū Io. Franciscū Fumiū unq̄ āmoues. Nullę prorsus sunt cogitatiōes tā arduę q̄ curā hāc a te excutiāt: facis Hercle rē per quā semp uiues: pandis nāq́ uela uētis prosperis ducētibus ad optimū mortaliū uitę finē: quā ob rē ratus sum tē haud ingratā tibi me egisse: ut si quādo ex negocio ꝑblico ad ociū: tua generosa mēs respiret: aliqd huius methaphisicalis cōtēplatiōis degustet: & meas nouas fruges/ ut suas: libare dignet: & si exiguū & tenue hoc donū/ cōpatū magnitudini dignitatis tuę. Aio tñ & corde āplissimo tibi manāte/ leta obsecro frōte/ sacrificia hec litteraria tibi ꝓlitata acceptare nō dedigneris: & i mei laboris ꝑmiū ꝑcipuū hoc cupio te ualere & me ut cepisti amare. Vale.

EPITHOMA AVERROYS IN LIBRVM METHAPHISICAE IACOB MANTIN MEDICO HEBREO INTERPRAETE, TRACTATVS PRIMVS.

d

IXIT Auerroys intētio nostra in hoc libro est colligere dicta sciētialia, uniuersalia, ex dictis Aristotelis, posita in scientia methaphisice, iuxta nostrā cōsuetudinem in libris precedentibus: Et primo incipiamus narrare intentionē huius scientię & eius utilitatē partesq; ipsius atq; gradū & proportionē tandem exordiemur de rebus quarū pręcognitio iuuat in initio huius artis.

¶ Et dicamus ꝙ iam alibi fuit dictū, ꝙ artes & scientiarū genera sunt tria uel.s. artes speculatiue & sunt illę quarū finis est scire tantū, uel artes pratice & sunt quarū sciētia habetur ꝑ opus: aut sunt artes auxiliātes his, ad illas et dirigētes & sunt.s. artes logicales, in libro etiā posteriorū fuit dictū, ꝙ artes speculatiue sunt duę uniuersalis.s. & particularis: uniuersalis quidē contēplatur de ente absolute & de concomitātibus ipsum essentialibus cuius spēs sunt tres.s. ars topicorū ars elencorū & hęc ars: partialis uero ē q̄ speculat̃ de ente quo quomodo: ubi adhuc fuit dictū ꝙ ipsius particularis genera sunt tātū duo.s. naturalis scientia q̄.s. tractat de ente trāsmutabili. Et sciētia mathematica, q̄ de quātitate denudata a materia cōtēplatur. Quod totū in libro posteriorū fuit suppositū modo suppositi & est notū. Hic aūt conuenit inuestigare de hoc. Et dicamus ꝙ diuisio harū artiū speculatiuarū in has tres partes tantū fuit quid accidens de necessitate cū ipsa entia diuidantur in hec tria genera. Nā si entia ꝑquirātur reperiētur aliqua eorū esse in materia: & huius generis entiū, speculatio, eorūdemq; accidentiū cōsequētiū posita est per se in una scientia: & hoc est manifestū apud illū qui in sciētia naturali studuit: Sunt & aliqua alia entia in quorū definitione nō apparet materia licet habeāt esse in materia: & hoc est manifestū speculari in mathematicis & de omnibus horum generibus atq; cōsequētibus ea, fit speculatio de per se. Et quia in sciētia naturali ostendūtur alia principia q̄ nō sunt in materia neq; in aliqua re sed hñt esse absolutū ideo fuit necessariū horum speculationē fieri in arte uniuersali q̄ speculatur de ente absolute: Reperiūtur adhuc hic quedā res comunes, in quibus comunicāt sensibilia & insensibilia: ut unū & multa potentia & actus & reliqua cōsequentia uniuersālia & tādē ea q̄ cōcomitantur rebus sensibilibus inquātum sunt entia, & ē modus, quo appriant̃ res sepate ut post hoc ostendemus: De huiusmodi igitur rebus impossibile est aliquā artē speculari ꝑter illā cuius subiectū est ens absolutū: Cū ergo ita sit & fuerit propalatū, ꝙ scientię speculatiuę bifariā diuidūtur.s. in partialē & uniuersalē & de ipsa particulari iam ꝑterijt sermo: Quod igitur restat modo nobis est tractare de hac scientia: cuius intentio: ut declaratū fuit: est cōtēplari de ente inquantū ens & de omnibus generibus eius donec ꝑueniatur ad subiecta artium particulariū, & de ꝯsequētibus essentialibus ipsius, & cōplere totū hoc usq; ad suas causas primas q̄ sunt res sepatę, Hinc est ꝙ hec scientia nō prestat: de causis, nisi formā & finem & aliquo modo agens uidelicet nō eo modo, quo dicitur agens in rebus trāsmutabilibus, quia cōditio agētis in hoc loco nō est ꝙ ꝑcedat passum ꝑcessione tēporali sicut fit in rebus naturalibus. Et quēadmodū in sciētia naturali quādo reddūtur

causę cuiuscũq; rei redduntur ratione naturę & rerum naturaliũ: Sic etiam in hoc loco si conatur reddere causas rerum: quę sunt entia illę reddũtur ratione diuinitatis & rerũ diuinarũ q̃.s.sunt entia nõ existẽtia in materia: Tandẽ eius prima intentio i hac sentẽtia ẽ dare id quod restauit apud ipsum de sciẽtia circa notiiã causarũ ultimarũ rerũ sensibiliũ. Nam in sciẽtia naturali fuerũt declaratę de hoc duę causę ultimę tantũ.s.materia & mouens: hic igitur restauit sibi declarare causam formalẽ ipsaꝝ & finalẽ & agentẽ: Nam arbitrari potest esse differẽtiã inter agens & mouẽs: quia mouens prestat mobili motũ tñ agens uero formã pp quã fit motus: Huiusmodi autẽ noticia fuit propria huic scientię ppea quia res quibus habetur esse harũ causarũ sunt res uniuersales: Et hoc etiã postq̃ fuerit receptũ hic id: quod in scientia naturali propalatũ fuit de esse motoris/ qui nõ ẽ in materia: De causa aũt materiali & de ultimo motore dantur ibi.s.in sciẽtia naturali propositiones per quas possunt haberi nõ tñ possunt pfecte declarari p aliã: presertim causa mouens: Declarationes uero quas fecit Auic. ad ostendendũ primũ principiũ in hac sciẽtia sunt dictę Topica nõ omnino uera neq; dant aliquid pfecte & tu pcipies hoc ex cõtradictionibus adductis ab Algazele cõtra eas i libro destructiõis: Similiter etiã recipit professor huius sciẽtię ut diximus a sciẽtia naturali illius esse & dat modũ quo ẽ motor: Quemadmodũ mathematica recipit numerũ motorũ ab arte astronomica: Neq; est qd supfluũ in hac sciẽtia id qd i scia fuit propalatũ de esse principiorũ sepatorũ ut dicit Auic. imo est necessariũ cũ hec sciẽtia faciat hoc p modũ radicis suppositę & est una ex partibus subiectorũ eius: Ex dictis igitur patet quid sit intentio huius sciẽtię & eius subiectũ. Partes uero ipsius inueniũtur disseminatę i dictis attributis ipsi Aristoteli tribus tamen cõtinẽtur partibus.

¶ Prima pars speculatur de rebus sensibilibus inquãtũ sunt entia & de omnibus generibus earũ q̃ sunt decem predicamẽta: & de omnibus cõsequẽtibus eas & refert eas ad prima illorũ quãtum potest fieri in hac parte.

¶ Secũda aũt cõtemplatur de principiis substãtię quę sunt res sepatę & notificat quale habeant esse: Quę etiã refert ad suũ primũ principiũ quod est ipse deus gloriosus: & notificabit attributa & opatiões q̃ appropriãtur ei & declarabit etiam proportionẽ aliorũ entiũ ad ipsum & q; ipse est ultima pfectio & prima forma atq; primũ agens & de reliquis rebus q̃ appropriãtur unicuiq; sepatorũ & de comunibus pluribus uno ipsorum.

¶ Tertia uero speculatur de subiectis sciẽtiarũ particulariũ & remouet eorũ errores in quos inciderũt antiqui & hoc.s.in sciẽtia logicali & in duabus scientiis particularibus.s.in naturali/ & in mathematica: Quod ita fuit ppea quia non est sciẽtię particularis uerificare sua principia neq; remouere errorem cadentẽ in ipsis: ut in libro posteriorũ fuit ostẽsum. Sed hoc est artis uniuersalis scilicet uel huius artis uel Topicę uerũtñ ars Topica remouet illas opiniones per dicta famosa (seu apparẽtia) quare nõ erimus tuti quin accidat in eis falsum: Ista uero p dicta uera & si accidat etiã ipsa esse apparẽtia (seu famosa) & ideo artes particulares sunt de necessitate huius sciẽtię uerę: Patet ergo ex hoc q; partes necessarię huius scientię sunt illę duę primę tantũ: Sed tertia est melioris notę gratia: cum esse pluriũ subiectorũ scientiaꝝ partialiũ & modus ipsius esse eoꝝ. Sit ex rebus p se notis sed cecidit i eis error apud antiquos: & de pfectiõe sciẽtię est soluere illos errores p uiã qua solutio dubiorũ cadentiũ in re fit ex pfectione scientię eius una cũ acquisitione scientię p se. Nobis aũt uisum est diuidere hunc librum in quattuor tractatus.

¶ In primo tractatu faciemus prologos i quorum uia nos sumus:& declarabimus in eo nomina quę sunt in hac arte.
¶ In secũdo tractatu memorabimur res quę se habent respectu primę partis huius artis ueluti species.
¶ In tertio narrabimus consequentia comunia ipsi.
¶ In quarto tractatur de eo quod continet secũda pars huius scientię.
¶ Quintus tractatus continet id quod in tertia parte huius scientię reperitur.
¶ Et dicamus ꝙ utilitas huius sciẽtię est de genere utilitatis sciẽtiaꝝ speculatiuarũ & hoc iã in libro de anima fuit declaratũ ubi fuit dictũ ꝙ earũ intẽtũ est perfectio animę rationalis donec perueniat homo ad ultimã perfectionẽ suam: Verũtñ licet utilitas huius scientię sit de genere utilitatis scientiaꝝ speculatiuarum nihilominus adhuc est i nobiliori gradu i hoc nã eius proportio ad illas est proportio finis & perfectionis cũ per eius sciẽtiã habeatur scientia entiũ per finẽ suaꝝ causarũ quod est intentũ humanę cognitionis:Sciẽtię quoqꝫ particulares aquirũtur pfecte per hanc sciẽtiã cũ ipsa uerificet sua principia & remoueat errorẽ cadẽtẽ in eis:ut diximus.
¶ Ordo uero doctrinę eius est ut locetur post sciẽtiã naturalem nam ut diximus ipsa utitur tãq̃ radice supposita eo quod declaratũ fuit ibi de esse uirtutũ q̃ nõ sunt in materia:& uerisimile uidetur ꝙ hęc sciẽtia nominetur methaphisica pp ordinẽ eius in doctrina:Est tñ prior in esse & ideo appellatur philosophia prima: Ex dictis igitur apparet quid sit intentio huius scientię & partes eius et utilitas et proportio ipsius atqꝫ ordo et quid significat nomen eius:Vię aũt doctrinę q̃ in ea fiũt sunt illę q̃ in aliis fiũt sciẽtiis:Maior quoqꝫ pars generũ demõstrationis q̃ in ea fiũt sunt signa nã semp accipimus signũ a rebus notioribus apud nos ad res notiores apud naturã:Sed ut diximus maior pars rerũ q̃ sũt i hac sciẽtia sunt res per se manifestę uel prope dixerim ut sint per se manifeste :Vel res q̃ fuerũt declaratę in scientia naturali:Postq̃ ergo iam declaratũ fuit quicq̃d intẽdebamus a principio rei:Expedit modo tractare de una quaqꝫ re primę partis huius scientię postq̃ diuiserimus quot modis dicũtur nomina significãtia subiecta huius scientię et partes subiectorũ eius ut sint prompta apud nos in scrutatione uniuscuiusqꝫ rei i ea reqsite:Et dicamus.
¶ Ens dicitur multis modis:uno modo de quolibet decem pdicamẽtorũ et est de nominibus q̃ dicũtur secũdũ ordinẽ et proportionẽ nõ q̃ dicũtur secundum merã equiuocationẽ neqꝫ uniuocationẽ secũdo dicitur de uero quod.s.ita se habet in intellectu quemadmodũ extra intellectũ ut si diceremus si natura est et si uacuũ nõ est: Dicitur etiã de quiditate cuiuslibet rei habentis quiditatẽ et essentiã extra animã siue aphendaẽ huiusmodi essentia siue nõ:In decẽ aũt pdicamẽtis agregãtur hęc.s. ꝙ dicitur de eis nomẽ entis his duobus modis uno.s.modo inquãtũ hñt esse extra animã:Secũdo inquãtũ significãt q̃ditates illaꝝ essentiaꝝ et ideo nomen entis reuertitur ad hęc duo tantũ.s.ad uerũ et ad id quod est extra intellectũ : Et hoc etiã dupliciter quia uel ad species uel ad formas itelligo formas specieꝝ et eaꝝ q̃ditatẽs: Sed ens p accidẽs nõ põt imaginari in ente separato : q̃a eẽntia rei et eius q̃ditas nõ põt eẽ p accidẽs:Bene tñ imaginaẽ q̃n referũtur entia ad se iuicẽ nã si nos facimus cõparationẽ inter duo entia de qua cõparatione iudicaẽ ꝙ unũ eorũ sit de q̃ditate alterius ut centrũ ad circulũ uel equalitas duoꝝ anguloꝝ rectoꝝ ad angulos trianguli:Aut ꝙ unũ eoꝝ sit in q̃ditate alterius:ut filius et pater tunc diciẽ de eis ꝙ sũt p se:Sed si nõ fuerit de q̃ditate unius eorũ ꝙ repiaẽ in alio diciẽ ꝙ hoc est p accidẽs ut cũ dicimus edificatorẽ percutere lignũ:et medicũ eẽ albũ:Significaẽ etiã per no

men entis illa habitudo q̃ copulat p̄dicatũ cũ subiecto in itellectu et dictiões signi/ficantes talem proportionẽ siue fuerit talis copula affirmatio uel negatio:uel fuerit uera uel falsa:per se uel per accidẽs: istę ergo sunt famosiores res de qbus dicit̃ nomen entis i philosophia et est de nominibus trãsumptiuis:quia id quod a uulgo si/gnificat̃ per ipm:ẽ aliud q̃ id quod significat̃ in hoc loco:nã plebs indicat aliqd iesse alicui rei cũ dicit inueniẽ perditũ tãdẽ apud eos significat̃ aliqd iesse subiecto licet nõ declarauerint ipm/hinc ẽ ꝙ aliq existimauerũt ipm significare accidens in ali/qua re existẽs:nõ eius essentiã qa illud apud plebẽ ẽ de nominibus denominatiuis sed nos nõ debemus respicere hoc:imo oportet ut itelligamus ex ipo hic quãdo uo lumus ꝙ ipsum significet aliquã essentiã ꝙ itelligat̃ per id quod dicimus: Aliqd et essentia et tãdem id quod itelligit̃ ex nominibus abstractis hinc ẽ ꝙ aliq eorũ exi/stimãt ꝙ nomen entis quod ẽ trãscẽdens ad uerũ est ipmmet trãscẽdens ad esse. et ideo illi etiã q putãt ipm eẽ accidens dicũt si ista dictio ens significaret esse:tũc cũ di citur de substãtia ꝙ ẽ eẽt cõtrariũ dicti:et ipsi nesciũt ꝙ ens dicit̃ i hoc loco de alia re q̃ dicat̃ ibi: Si significaret etiã accidens in re:ut pluries repetit Auic. sequeret̃ de necessitate unũ duoꝝ.s.uel ꝙ illud accidens ẽ de secũdis itelligibilibus seu intentio nibus uel de primis:si de primis tũc de necessitate erit unũ ex nouem p̄dicamẽtis neq; trãscẽdet̃ nomẽ entis ad substãtiã:neq; ad alia p̄dicamẽta accidẽtis:nisi ex eo ꝙ accidit eis illud p̄dicamẽtum:uel dabit̃ hic unũ genus accidentiũ comune ipsis decẽ p̄dicamẽtis et hoc totũ ẽ falsum uituperabile et iõ nõ est ꝯueniẽs ꝙ fiat respõ sio per ipm i eo ꝙ qd est de quolibet indiuiduo decẽ p̄dicamẽtoꝝ et hoc totũ ẽ de se manifestũ: Si fuerit aũt ex secũdis itelligibilibus quorũ eẽ est in itellectu tantum: hoc nõ est impossibile:nã una ex rebus:de quibus diximus:nomẽ entis trãsumi est hęc et est sinonimũ ad uerũ: sed hoc et illud quo significatur esse separatũ est ualde diuersum quod totũ est manifestũ modica speculatiõe: sed ista est uia huius uiri in pluribus rebus quas de se ipso adducit.

¶ De ipso qđ est.

¶ Ipsum qđ ẽ:qđ i arabico alhauia appellat̃ dicit̃ sinonime de rebus đ qbus nomẽ entis dicit̃ sed nõ ẽ trãscendẽs ad uerũ: Est etiã de dictiõibus trãsumptiuis nã apud uulgũ ẽ uerbũ et hic ẽ nomen et iõ recipit istrumẽtũ propriũ nominũ.i.articulũ.s. litterã He: notificatiuã a quo etiã deriuat̃ ifinitiuũ quod ẽ agens aut forma a quo deriuat̃ actio et dicit̃ ab ipso ẽ esse.i.ab hoc quod dico: ipm seu est: dicimus esse quẽ admodũ denominatur humanitas ab homine & indiuidualitas ab indiuiduo quo quidem usi sunt aliqui expositores quia uiderunt ipm esse minoris erroris q̃ sit no/men entis:quia uidetur nomini denominatiuo assimilari.

¶ De Substantia.

S Vbstãtia q̃ arabice glauhar nominatur: Dicitur primo de re per se existẽte & quod est de ipsa famosius est ipsum indiuiduũ:quod neq; est in subiecto neq; dicitur de subiecto ullo pacto: Dicitur secũdo de omni predicato uni uersali notificante quiditatẽ indiuidui ut genus:uel species:uel differẽtia. Tertio di citur de omni eo quod significat ipsa diffinitio:siue notificet id quod ẽ quiditas sub/stãtię:siue notificet omne id quod est quiditas alicuius rei qualiscũq; fuerit ex decẽ p̄dicamentis. Hinc dicitur ꝙ definitiones notificãt quiditates rerũ. Hoc aũt dicitur substãtia respectiue nõ absolute & quia manifestius est de ipsa substãtia. Est ipsum indiuiduũ qđ nõ est in subiecto neq; dicit̃ de subiecto/quia illud indicãt oẽs philo/sophi eẽ substãtiã. Ideo apud ipsos id qđ notificat qditatẽ huius rei indiuidue debet denominari magis substantia:& q putãt uniuersalia huius indiuidui notificare qdi

tatem eius dicunt ipsa magis debere denominari substātia: Sed qui existimant corporeitatē notificare huius indiuidui qditatē & ꝙ ipsa corporeitas ꝯstat lōgitudine: latitudine:& profunditate:appellāt illas dimēsiones substātias:& similiter q credit essentiā indiuidui cōstare ex partibus indiuisibilibus appellat eas substātias:ut audiuimus loquētes nostri eui appellare Athomū substātiā īdiuisibilē. Et sic etiā q imaginatur indiuiduū cōponi ex materia & forma. Credit materiā & formā cōuenientius debere appellari nomine substātię q̄ ipsum īdiuiduū:& hoc etiā iuxta id quod opinaẽ de materia cuiuslibet rei & eius forma. Cōueniūt aūt oēs hoc iudicio.s.ꝙ id quod notificat quiditatē īdiuidui potius debet appellari nomine substātię q̄ ipsum indiuiduū. Quia uidetur absurdū & falsum ꝙ principia substātię & eius elementa nō sint substātia:quia propter quod unū quodq3 tale & illud magis exempli gratia: Res q̄ est de se causa rerū calidarū potius debet appellari calida:& iō nemo ipsorū posuit accidens inquātū est accidēs esse partē substātię:sed inquātū existimaẽ ipm notificare essentiā substātię indiuidui ut qui posuit dimēsiones esse substantias. His ergo sic se habētibus cū fuerit ostēsum ꝙ datur ens sepatū qd est causa:ut substātia indiuidui habeat esse plus cōuenit sibi nomen substātię:hinc est ꝙ Aristo. nominat intelligētias sepatas substātias: Et hoc nomen etiā philosophoꝝ.i. glauhar in arabo est trāsumptū a lapide precioso sic nominato apud uulgus:qui lapis ē magni pretii & ualoris:& modus similitudinis īter hec duo ē qa isti lapides p̄ciosi cū ita appellēẽ respectu alioꝝ bonoꝝ substātię pp suā nobilitatē & p̄ciū apud eos & qa p̄dicamētū ēt substātię ē nobili⁹ cęteris p̄dicamētis appellaẽ substātia Arabica ligua Glaugar.

¶ De Accidente.

Ccidēs diciẽ de eo qd nō notificat de indiuiduo:quod qdē nō ē in subiecto qditatē suā & ē duplex:primū ꝙ nō notificat de aliqua re essentiā suā & ē suū indiuiduū. Secūdū est qd notificat de indiuiduo essentiā suā & ē .s. suū uniuersale:& nomē accidētis ē trāsumptū ab eo qd significaẽ p ipm apud uulgū & est.s. id qd cito auferẽ:& uniuersaliter diuidiẽ in nouem p̄dicamēta:q̄ sunt quātitas: qualitas:relatio:ubi qñ:situs:habere:agere:pati: Etiā notificaui ī libro p̄dicamētoꝝ significatū harū dictionū.s.ꝙ quātitas diciẽ de oī eo qd mensuraẽ sua parte & diciẽ primo secundū uerū genus de numero:& postea de reliqs generibus q̄ ibi enumerauimus: Et ipsius quātitatis alia ē p se:alia uero p accidens:& q̄ p se ut numerus & reliquę spēs ibi numeratę:p accidēs uero quātitas ē ut nigredo & albedo q̄ mēsurātur ex eo ꝙ sunt in magnitudine & paruitate:sed p se est illud qd inest primo illi rei ut mēsura & magnitudo iest numero. Quādoq3 tñ inest secūdo & p aliqd aliud ut tēpus qd in quātitate collocaẽ ratione motus & motus rōne magnitudinis:immo hoc remotius uideẽ ꝙ ingrediẽ ipā leuitas & grauitas quātitatē cū sint qualitates:q̄ tñ patiūtur mēsurā rōnę qua sunt in magnitudinibus. Alię etiā qualitates q̄ in magnitudinibus īueniūtur ut magnū & paruū strictū & latū breue & ꝓfundū: appropinquāt magis illi. Hę.n. licet sint qualitates. Cōnumerātur tñ in quātitate qa isūt primo magnitudinibus. Qualitas uero diciẽ de comuniori re q̄ dicaẽ ī libro p̄dicamētoꝝ & hoc qa diciẽ de quattuor generibus ibi iā enumeratis.& qñq3 etiā diciẽ de formis specificis:ut de humanitate & animalitate : & quedā eius inest substātię p se ut habitus & dispositio:& alia inest per aliquod aliud predicamentum ut figura quę quidem inest substantię mediante quantitate.

¶ Relatio aūt est comunis omnibus decē predicamētis:nā inuenitur in substātia ut.u.g. pater & filius:& in quātitate ut duplū & dimidiū & equale:& in qualitate ut

simile & scia & scitū & in ubi ut qui in loco esse circūscribitur & locus:& in quando ut prius & posterius:& in situ ut dextrū & sinistrū:i agere & pati :ut agēs & passum: Extat tamē differētia inter hęc quinq̨ p̄dicamēta q̄ relatione cōsistunt:& inter relationē ipsam cuius essentia est per proportionē : Nā habitudo seu proportio accepta in ipsa relatione est proportio inter duas res quarum duarum q̄ditas dicitur de qualibet ipsarum in respectu ad aliā ut paternitas & filiatio: Sed in proportiōe assumpta in ubi & quādo & reliquis aliis dicit̄ quiditas unius duorum tantū ad aliud .u.g. quia ubi:ut diximus:est proportio corporis ad locū & in definitione loci assumitur de necessitate corpus sed nō est necessariū q̄ in definitione corporis iueniatur locus neq̨ est relatiuū:Sed si definiamus corpus per hoc q̄ i loco circūscribatur:tūc relationē patitur:& sic aliquo modo hoc predicamētum ingredietur sub predicamēto relationis & sic de aliis predicamētis relationis: Tādem predicamētū relationis uel cōsequitur res relatas per se nō per aliud predicamētum ut pater & filius dextrū & sinistrū uel per aliud p̄dicamētū ut agens & passum q̄ relatione afficiūtur per p̄dicamētum agere & pati & q̄n̄q̨ relatio ꝯsequitur cetera cōcomitātia ipsorum predicamētorū ut cōtradictoriū & ꝯtrariū & priuationē & habitū : Tādē ipsa relatio q̄n̄q̨ est de primis itelligibilibus & de secūdis ut relatio q̄ ē inter genus & speciem.

De Essentia.

e Ssentia q̄ arabice Dath nominat̄:Dicitur absolute de indiuiduo quod nō est in subiecto neq̨ dicit̄ de subiecto & ē.s.indiuiduū substantię: Dicit̄ etiā de indiuiduo quod ē in subiecto & ē idiuiduū accidētis:& de quolibet notificante q̄ditatē & sunt.s.9.p̄dicamēta eorum q̨ spēs & q̄a hęc dictio dicit̄ primo de idiuiduo quod nō est i subiecto iō ꝯuenlētius erat trāsferre ip̄m ad id quod nō est i subiecto neq̨ ip̄m est subiectū alicuius rei omnino si sciatur demōstratiue q̄ iueniatur huiusmodi res sic se hn̄s:Sed si essentia rei ita capiat̄ significat q̄ditatē eius uel partem q̄ditatis:Illud uero quod dicit̄ p̄ essentiā suā (seu secūdū q̄ ip̄m) dicit̄ multis modis:Primo de idiuiduo nō existēte i subiecto & ē idiuiduū substātię : Dicit̄ etiā de eo quod notificat q̄ditatē alicuius q̄ditatis & sūmatim de omni eo quod dicit̄ substātia absolute:Et q̄n̄q̨ aliq̄d dicit̄ p̄ se cui cōtrariat̄ per accidens & hoc iā in libro posteriorum fuit declaratū ubi fuit dictū q̄ hoc fit in propositiōibus p̄dicabilibus duobus modis.Primo.s.quādo p̄dicatū est de substātia subiecti ut rationalitas q̄ ē de essentia hominis:Secūdo quādo subiectū est in diffinitiōe p̄dicati ut sunt anguli equales duobus rectis i triāgulo: Dicit̄ etiā q̄n̄q̨ p̄ se de p̄dicatis q̄ primo isunt suis subiectis ut color supficiei:& uita i anima:Color.n.inest corpori mediāte supficie & uita corpori mediāte aīa & hoc ē unū significatū de quo dicit̄ nomen primi p̄dicati i ꝑpositiōibus demōstratiuis & q̄n̄q̨ dicit̄ p̄ se (uel secūdū q̄ ip̄m) de ente q̄p nō habet causam p̄cedentē sibi neq̨ agentē neq̨ formalē neq̨ materialē neq̨ finalē & est.s.primus motor:ut i sciētia naturali fuit declaratū:& i futuro adhuc declarabit̄.

Res hec dictio.

r Es arabice alscial d̄r de oi eo q̄d dicit̄ dictio entis & q̄n̄q̨ dicit̄ de cōlori.s. de oi re ꝯcepta i aīa siue ita se habeat extra animā siue nō ut hyrcoceruus chimera:& ideo debemus dicere hec res uel ē uel nō est:& ideo nomen rei trāsumit̄ ad falsas propositiones quod tamen nō facit nomen entis.

De Vno.

u Num dicitur secūdum quendā modū nominū analogorum & ex eis est unū numerale quod primo dicitur:& famosius illo est:quod dicitur de cōtinuo

ut cum dicimus unam lineā/unā supficiem/unū corpus: Quod tamē cōuenictius
debet dici unū inter hęc est illud quod est pfectū in quo impossibile est quicq̄ adde
re aut minuere ut linea circularis & corpus sphericū:& cōtinuū quādoq̧ est p se cō
tinuū ut linea & supficies & quādoq̧ p aliquid in eo exīstēs ut sunt corpora omo/
genea & sic dicitur de indiuiduo aquę φ est una aqua: Nōnūq̄ etiā dicitur unū de
colligatis cōtiguis quoꝝ motus est unus & quod maxime debet dici unū de his est
id/quod est natura colligatū & sunt res/quę sunt unitę & cōiūctę ut manus una &
pes & de hoc id quod nō habet nisi unū tantū motū:& minus hoc dicitur de colli/
gato p artem ut domus una & arca: Et quādoq̧ dicit̄ unū de ipso particulari quod
est unū forma ut sortes & plato: Hę inq̄ sunt famosiores res de quibus dicit̄ unum
numero quę tādem significātur a uulgo inquantū sunt ab aliis rebus captę & sunt
p se sepatę: Ex his autē denudat intellectus ipsum unū indiuisibile/quod est princi
piū numeri: Intellectus.n.nō intelligit aliquid esse indiuisibile per aliquā rē eius nisi
pcepit ipm̄ habere aliquid indiuisibile absolute: Quemadmodū nō intelligit diffe
rentiā unius rei ab alia nisi postq̄ intellexerit differentiā absolutā: & cū intellectus
iterat ipsum unū absolutū generat quātitatē discretā absolute & est ipse numerus:
& quicqd cōnumeratur patitur numerū mediāte numero absoluto: Cū nō cōcipia
tur de ipsa unitate & uno nisi hęc: quia nō cōprehēditur in prima cogitatione de
ipsa unitate p̄ter hęc quę ab aliis rebus capiūtur & de se sunt sepatę & ideo dicitur
in diffinitione unitatis numeralis φ ipsa est qua dicitur de unaquaq̧ re φ est una:
Et de his rebus aliquę cōtinētur p locū suū circūdātem eas & ē famosior unio: aliq̄
alię uniūtur p sua extrema tantū & sunt cōtigua ipsa: Alię uero cōceptu tm̄ & hoc
modo cōtinuū patitur numerū: Vnū igit̄ numero in his rebus significat res q̄ sunt
extra essentiā suā & uniuersaliter accidētia cōsequētia eas in imaginatione inquan
tum sunt indiuisibiles & p hunc modū generatur in conceptu ipsum unū: quod est
principiū numeri: Nam cum intellectus denudat ab his particularibus istam rem
indiuisibilem in duo particularia uel plura illud erit illud unū quod est principium
numeri: Et quādo iterat ipm̄ ipse cogitans generatur numerus & p hunc modum
ingreditur numerus ex omnibus decem predicamētis genus quātitatis & unū erit
eius principiū. Est.n.numerus aggregatio unitatū sic se habētiū & mēsuratio quo
niā numerus mēsuratur p unū pp̄ quod etiā ipsa mensura cōsequitur res in quibus
inuenitur primo & naturaliter.i.eius idiuisibile ut est primū in genere qualitatis &
genere quātitatū sed uulgus non cognoscit de ipso uno plus q̄ istud in hac tamen
arte fit unū synonimum ad ipsum ens & ex hoc etiā est ipsum unum numero per
quod quādoq̧ significatur indiuiduū quod nō potest diuidi inquātū est indiuiduū
ut cū dicimus unū hominē & unū equū: & fere propinquū huic rei dicitur aliquod
cōtempatū ex pluribus rebus esse unū ut oximel cōpositū ex aceto & melle neq̧
hoc est simile unitati per quā dicitur cōtinuū esse unū quia cōtinuū nō diuiditur in
partes terminatas numero naturaliter quemadmodum oximel sepatio quoq̧ ma
gnitudinū cōtinuaꝝ est quid egrediens ex ipsismet quod tamē nō ita euenit in se/
patione cōtempati ex eo a quo fuit cōtempatum: Neq̧ iste modus etiam intrat in
rebus compositis ex pluribus una re nam partes compositi reperiūtur actu in ipso
composito sed nō est sic de partibus oximellis: & est manifestū φ quādo hic p unū
intelligimus unū indiuiduū φ significat̄ p ipm̄ sepatio indiuidui in essentia sua &
q̄ditate nō sepatio alicuius rei extra eēntiā suā. ut si dicimus φ ista aqua demōstra
ta ē una numero qa sepatio in hoc exēplo ē p accidēs ī aqua & ideo remanet eadē

aqua tam sepata q̄ nō sepata:eo modo:quo accidētia solēt accidere unū post aliud alicui subiecto preter hoc/ꝙ trāsmutetur i se: Et hinc fuit imaginatus Auic.ꝙ unū numero significat accidens in substātia & reliquis rebus separatis & ꝙ ipsum non potest significare substantiā alicuius rei.i.sepationē q̄ nō sit addita ipsi substātie: & hoc quia ipse credit:ꝙ si cōcederet unū numero significare sepationē q̄ est accidēs in accidente & substātia in substātia tunc numerus esset cōpositus ex accidentibus & substātiis & nō intraret sub uno predicamento:longe minus ꝙ ingrediatur sub ꝑdicamēto quātitatis & hoc est falsum.

¶ Dixit & adhuc si ponamus ipsum significare substātiā tantū/sequeretur ex hoc aliud falsum:uidelicet ꝙ substātię quiescerent sup accidentibus: Sin aūt quomodo dicemus ꝙ indiuiduū accidētis sit unū numero: Errauit tñ in hoc quia ipse admisit accidētia insequētia rem secūdū intellectū:cū accidētibus insequētibus ipsam secundū eē & putauit unū dici uniuoce de omnibus decem ꝑdicamētis nō secūdū prius & posterius & ꝙ ē unū numerale: Hoc aūt melius declarabimus quādo de uno & multis faciemus sermonē:Quādoq; dicitur unū numero in hac arte de substantiis sepatis & tandem plus cōuenit eis dici unū numero q̄ aliis/quia sunt indiuisibiles secūdum qualitatē quemadmodū diuiditur indiuiduū in materiā & formā: neq; etiā secūdum quātitatē quemadmodū diuiditur cōtinuū & iste modus unitatis uidebitur manifeste in fine ꝙ similatur partim ipsi uni indiuiduali partim uni specifico : Indiuiduali quidem quia non ꝑdicatur de multis neq; dicitur ullo pacto de subiecto:similatur aūt specifico:quia est una res p se intelligibilis:Isti ergo sunt oēs modi de quibus dicitur unū numero.

¶ Dicitur aūt unū de pluribus numero/quinq; modis:Primo modo de uno specie ut cū dicimus sortē & platonem esse unū in humanitate. Secūdo modo de uno genere ut cū dicimus aliquod particulare hominis & equi esse unū in animalitate. Generis aūt aliquod est propinquū aliud uero remotū:& quotiēscūq; est unū specie est unū genere sed nō cōuertitur:& ipsum unū genere appellatur unū materiale. Tertio modo dicitur unū subiecto plura definitione/ut perfectū & imperfectum. Quarto mō dicit̄ unū proportione ut cū dicimus ꝙ proportio nautę ad nauē & regis ad ciuitatē est una proportio. Quinto mō dicit̄ unū in accidenti ut cum dicimus niuem & cāphorā esse unū albedine:Hęc igitur sunt oia ea de quibus dicitur unū p se. Dicitur quoq; unū p accidens cui opponitur p se dictū/ut cū dicimus ꝙ medicus & edificator sunt unū & idem cū cōtingit unū ędificatorē esse medicum: Sed hoc cōcipitur in rebus cōpositis nō aūt in icōpositis quādo illud quod ē essentiale indiuiduo nō puenerit p accidens: Et postq̄ est ostensum quot modis dicitur unū in hac arte nō ergo latet te unum eē sinonimū enti:& ꝙ nō refert in hac arte utrū queratur primū ens in quolibet genere entiū & presertim in genere substātię siue queratur unū primū in aliquo genere. Sed ꝙ pcipiat principiū inquātū ē unū preter hoc quod pcipiat ipsum inquātum est ens: Et ideo istud nomen unū dicitur analogice de ipso primo indiuisibili in quolibet genere: cōuenientius aūt est ipsum esse primū ex eo ꝙ est causa ad unū in substātia & inquātū mensurat: unū in quātitate numerali & unū numero. Et siue fuerit indiuisibile secūdum formā & diuisibile secūdū quātitatē ut homo unus & equus siue fuerit indiuisibile quātitate & forma & hoc est duplex quia uel habet positionē & est punctū uel nō habet positionē & est ipsum unū uniuersale/quod ē principiū numeri p̄latū naturaliter in oibus numeratis: Nam quodlibet aliud p̄ter ipsum profertur per similitudinē sicut sunt

ipsę mẽsurę & lapides ponderũ librarũ & cętera alia. Scire aũt debes ꝙ istud nomẽ unũ quattuor cõplectitur generibus. I. unũ cõtinuitate: & unũ quod est totũ & pfe ctũ: & primũ simplex in unoquoq genere: & unũ uniuersale dictũ secũdum prius & posterius uel analogice de omni eo quod numeratur hic de hac re.

b

¶ Idem: oppositum: aliud: differens.

I Dem dicitur tot modis quot dicitur unũ: Nam aliquod est idem nume ro ut in habẽtibus duo nomina sicut cũ dicimus Iacob est Israel & tãdem quãdo una res p duo signa significatur: Aliquod aliud dicitur idẽ propor tione & subiecto & accidente: quorũ omniũ exẽpla iam preteriterũt & totũ hoc est ex diuisiones rei q̃ dicitur p se quod quidẽ intenditur in hac arte & in aliis. Aliud uero est per accidens de quo fiet mentio ubi determinabit de eo quod est idem per modũ cõseruationis uel determinationis: Est & aliud idem specie ut cũ dicimus tu es nos in humanitate: Datur & idem genere ut cũ dicimus ꝙ iste equus est iste asi nus in animalitate: Idem etiã est p accidens: ut cũ dicimus ędificatorẽ esse medicũ quãdo accidit ipsum esse medicum. Idem autem spẽ quãdo est in substãtia dicitur sicut: & in qualitate dicitur simile: & in quãtitate dicitur equale: Simile uero dicitur multis modis: uno modo de superficiebus quarũ quilibet anguli sunt equales & earũ costę sunt proportionatę: Dicitur & de corporibus omogeneis habẽtibus figuras similes & sunt quorũ superficies sunt equales numero & similes in figuris: Dicitur quoq de rebus quarũ formę passibilitatũ earũ sunt idem ut duo rubea equalia in rubedine. Dicitur etiã de illis rebus quarũ una duarũ ẽ minoris passibilitatis q̃ alia ut duo rubea quorũ unũ sit minoris rubedinis. Nonnũq̃ etiã dicitur de rebus quę cõmunicant in multis affectibus: ut cũ dicimus stagnũ esse simile argẽto & plũbo.

¶ De oppositis.

P Er opposita significãtur illę quattuor spẽs enumeratę in libro predicamen torũ: quas iam sciuisti per suas descriptiões ibi q̃. s. sunt affirmatiuũ & nega tiuũ: & cõtraria: & relatiua: & habitus: & priuatio. Verũtñ nomen cõtrarii qñq dicitur comunius q̃ fiat ibi: Nam iam fuit dictũ ibi ꝙ cõtraria in illo loco sunt uere sub eodẽ genere: Dicũtur tñ cõtraria p modũ similitudinis ea q̃ nõ cõiũgun tur in eodem subiecto simul licet differant genere. Quãdoq etiã dicũtur cõtraria largo modo de his quorũ unũ est causa alterius quę habent inter se proportionem ut ꝙ sint agentia eorũ uel patientia ab ipsis tandem proportionata illis.

¶ Priuationis quoq nomen dicitur pluribus modis q̃ ibi numerẽtur. Nã tres tan tum spẽs earũ ibi cõnumerãtur: una ẽ ꝙ nõ inueniatur in ea re in qua solet inueniri in tẽpore quo solet inueniri in ea preter hoc ꝙ possit inueniri in futuro: ut caluities & cecitas. Secũda ꝙ cũ hoc possit inueniri in futuro ut nudus & pauper. Tertia ꝙ nõ repitur in subiecto in quo solet reperiri eo modo quo solet in eo repiriri: ut tortuo sitas oculi: & deprauatio mẽbrorũ: Aliorũ uero modorũ quos nomen priuatiõis si gnificat preter istos quidã ẽ ꝙ nõ repitur in re aliqua id quod solet inueniri in ente absolute: ut cũ dicimus de deo ꝙ est imortalis: & icorruptibilis: qdã alius est ꝙ nõ repiatur in aliqua re id quod solet inueniri i suo genere: ut cũ dicimus ꝙ asinus nõ est rationalis. Aliquis alius est ꝙ nõ inuenitur in re in cuius specie solet inueniri: ut cũ dicimus feminã nõ esse marem: Est & alius modus. s. ꝙ nõ repiatur in ea re i qua solet inueniri in alio tempore ut cũ dicimus puerũ nõ esse doctum.

¶ De Diuerso.

D Iuersum dicitur modis oppositis illis modis de qbus dicitur ipsum idẽ nam

aliquod est diuersum numero: Aliud est diuersum spẽ: Aliqđ aliud est diuersum ge
nere: Quoddã uero est diuersum proportione: & diuersum etiã subiecto.

ℭ De Differente.

d Ifferens autem disceptat ab ipso diuerso quoniam aliquid est diuersum per essentiam suam: sed est differens per aliquid in eo existens: & ideo oportet ut differens differat per aliquid & transmutetur per aliquid.

ℭ De Potentia & Actu.

q Voniam ens diuiditur in potentiã & actũ cõsentaneũ igitur est ut cõtẽplemur quot modis dicitur potẽtia & actus: & dicamus ꝙ potẽtia dicit̃ multis modis: Vno modo dicitur de potentiis rerũ mouentiũ aliud: inquãtũ sunt mouẽtes aliud: siue fuerint huiusmodi potẽtię naturales: aut intellectuales: ut calor qui calefacit & medicus sanat & uniuersaliter oẽs artes actiue. Alio modo dicit̃ de potentiis q̃ ab aliis solẽt moueri q̃ potentiis mouentibus opponitur. Et dicitur de omni eo quod habet in se principiũ motus: & i hoc distinguitur natura ab arte: Nõnunq̃ dicitur potentia de bona actione & sic dicitur ꝙ aliquis habet potentiã ad loquendũ & ambulãdum: & cętera alia quibus aliquis homo denominatur potens ad aliquid: Quãdoq; etiã dicit̃ de omni eo quod difficile patitur agit tñ facile ut i prędicamẽto qualitatis dictũ fuit. Et nõnunq̃ utũtur geometrę nomine potẽtię aliis modis preter istos. Dicũt.n. ipsi ꝙ talis linea est potens sup talẽ lineã quãdo mẽsuratur eius quadratũ super quadratũ illius. De oibus aũt his dicitur nomen potẽtię modo similitudinis: sed nomen potẽtię quod plurimũ fit in scientiis & manifestius apud philosophos est illud quod est aptũ inueniri post hoc in actu & talis est potẽtia q̃ dicitur de materia & ut diximus cõuenientius dicitur de ea nomen potentię: nam quicqd numerauimus de rebus de qbus dicitur nomen potẽtię si animaduertas inuenies eas dici secũdum huiusmodi similitudinẽ. Nã dicimus habitus & formas esse potẽtias propterea quia qñq; agunt qñq; uero nõ: ac si sint similes rei q̃ in potentia. Sic etiã cũ dicimus aliquid habere potentiã ad aliquid intelligimus dispositionem bonã & sic uidetur res se habere in omnibus. Et qñq; dicitur ꝙ partes rei sunt in re in potentia: & hoc dupliciter quia uel partes q̃ sunt ratione qualitatis & sunt materia & forma uel propter quantitatem: & istę qñ sunt partes continue sunt pura potentia: sed qñ sunt in actu in ipsa re tñ sunt inuicem alligatę uel coniunctę tunc nomen potentię dicitur de eis secundum posterius. Et propinquũ huic est qñ partes indiuisibiles sunt in cõposito iuxta opinionẽ tenẽtem hoc: Et istius uerę potentię aliqua habet impediens extra prohibens ipsam: & hec potest exire ad actũ & nõ exire ut indumentũ quod cõburetur alia est q̃ nõ habebit prohibentia extra & hec de necessitate exit ad actũ: ut situs cęlestis q repit̃ qñq; i potẽtia qñq; i actu.

ℭ Ens aũt in actu est illud quod nõ est i potẽtia & eius genera sunt tot quot sunt rei q̃ in potẽtia & utraq; sunt iuxta numerũ generũ predicamẽtorũ. Potẽtia quoq; est aliquo modo priuatio: sed est de speciebus priuationis quã id quod priuatur ea solet habere. Et postq̃ fuit declaratũ quot modis dicũtur potẽtia & actus: Impotẽtia ergo dicitur tot modis quot dicitur potẽtia: Impotẽtia quoq; diuiditur iuxta diuisionem specierũ priuationis. Aliqua tñ est quoddã necessariũ ut cũ dicimus diametrũ quadrati esse impotẽtem ad costã. Alia uero est quoddã possibile ut cũ dicimus puerum esse impotentem ad ambulandum.

ℭ De pfecto impfecto toto parte.

p Erfectũ dicitur multipliciter primo extra quod impossibile ẽ aliqd accipe

ut cum

ut cū dicimus mūdum esse pfectū & prope hoc dicitur de circulo q̄ est pfectus:q̄a impossibile est quicq̄ addi & minui in eo. Dicimus tñ lineā rectā esse imp̄fectā quia potest ei addi & minui ipsa existēte adhuc linea. Et similiter etiā dicimus corpus eē perfectū quia nihil inuenitur diuisibile in plures dimēsiones q̄ corpus:& dicimus lineā & supficiem esse imp̄fectas qm̄ linea diuiditur in unā tantu dimensionē:& supficies in duas. Dicitur quoq̄ q̄ tria sunt numerus pfectus quia habet principium & finem & medium & hoc est propinquum primo.

¶ Et dicitur perfectū de omni eo quod est nobile in suo genere ut cū dicimus medicū perfectū & musicū pfectū:& hoc modo dicitur de entibus qñ nihil suę pfectionis deest:q̄ ipsa sunt pfecta:Et quādoq̄ trāsumitur hoc per modū methaphore ad mala & dicimus latronem perfectū & mendacē perfectū. Dicitur quoq̄ perfectum de rebus q̄ cū hoc q̄ peruenerūt ad suā perfectionē est etiā illud pfectū de se nobile:& hoc modo dicimus res separatas etiā perfectas:& oīa causata esse imperfecta. Et cui maxime cōuenit hoc nomen perfecti secūdum hunc modū est ipm primum principiū:qm̄ ipm est causa uniuersi & nō causatū ab aliquo: Nā cū ipsum habeat suā perfectionē de se, illa uero acquisierūt eorū pfectionē ab ipso, ipsum ergo ē magis in ultima perfectione:& dicitur perfectio largo modo de aliquo habēte proportionem ad unāquāq̄ rem cui attribuitur perfectio.

¶ De Toto.

P Er totū significant id quod cōtinet omnes partes extra quod nihil inuenit̄ & uniuersaliter est sinonimū ad id quod significat nomē perfecti in primo modo suarū significationū:& per hoc dicimus corpus diuidi in oēs dimensiones:Et nomen totius dicitur uniuersaliter duobus modis uel de cōtinuo & est id quod non habet partes in actu:uel de discreto & hoc etiā dupliciter uno modo de eo cuius partes habent positionē ad se inuicem sicut sunt mēbra organica: Secūdo de eo cuius partes nō hñt ad se inuicem positionē sicut numerus & literę. Nisi q̄ ipsi appropriant primū modū qui dicit̄ cōtinuatio nomine totius & secūdū nomen aggregati quod dicit̄ de discreto.

¶ De Parte.

P Artes dicūtur dupliciter:uno modo ex parte quātitatis tantū ex q̄bus aliquę mensurāt rem aliquę uero nō: Quędā etiā sunt in re in actu quedā uero nō: Nōnullę etiam sunt similes:aliquę uero dissimiles: Secūdo modo significat nomē partis id in quod diuiditur res ratione qualitatis & formę:& hoc mō dicimus corpora cōstare ex materia & forma & definitionē ex genere & differētia.

¶ De imperfecto.

I Mperfectū aūt dicitur ratione qualitatis multis modis. s. de illo quod non est perfectū ut cū dicimus musicū imp̄fectū: & dicitur de eo cuius pfectio in se nō est nobilis licet fuerit perfectus i suo genere & hoc modo dicimus cętera entia eē imp̄fecta respectu primi principii:sed imp̄fectū ratione quātitatis nō dicitur quomodocūq̄ acciderit imo talis res debet eē de his q̄ hñt partes alligatas inuicem & q̄ non fit ex similaribus partibus & q̄ cū hoc etiā habeat naturaliter id quo caret & q̄ nō auferatur substātia illius rei p̄ defectū eius nam p̄ id quo ablato aufertur substātia rei nō debet dici aliquid imp̄fectū:& secūdum hūc modū dicitur methaphorica imperfectum de rebus artificialibus.

¶ Superfluū uero (seu additū) dicitur opposito modo ipsius imperfecti.

¶ De Priori & Posteriori.

P Rius & posterius dicitur quinq̄ modis primo prius tēpore: Secūdo prius

ordine a principio determinato & hoc siue i oratiõe siue i loco. Tertio prius digni
tate. 4°prius natura. 5° modo prius causa & iã notificaui in libro p̄dicamẽtorũ id
quod significat q̄libet harũ partiũ & nõ est repetẽdũ illud:& qñq3 dicit̃ prius sexto
modo.s.prius notitia qa nõ quodcũq3 est prius cognitiõe est prius secũdum esse.

¶ Quid gratia cuius:quidue causa quę Hilla Arabice
dicitur: & sunt sinonima.

Aec sunt duo noia sinonima q̄ dicũtur de q̄ttuor causis q̄ sunt.s.mã/& for
h ma/agẽs/atq3 finis:Et qñq3 dicũtur p modũ similitudinis de rebus propor
tiõatis his causis:ut alibi iã diximus:sunt & ipsaꝝ cãrũ:aliq̄ ꝓpinquę aliq̄ re
motę:aliq̄ p se q̄dã uero p accidẽs:& nõnullę p̄ticulares. Alię uero uniuersales q̄dã
cõpositę aliq̄ simplices:& de una quaq3 haꝝ p̄tiũ aliq̄ sunt actu aliq̄ uero potentia.
¶ Causaꝝ adhuc quedã sunt in ipsa re.s.materia & forma:quedã uero extra ut effi
ciens & finis. Materia aũt dicit̃ diuersimode: Nã quedã ẽ materia prima q̄ est icor
ruptibilis. Quedã uero hñs formã.s.ipsa ęlemẽta quattuor q̄ sunt materia corporum
cõpositoꝝ:& hoc genus materię est duplex:unũ ẽ hoc quod diximus:de cuius pro
prietate est q3 nõ corrũpitur eius forma totali corruptione adueniente alia forma:
imo inest ei forma materię mediocri quodãmodo:ut fuit declaratũ hoc in libro de
generatione & corruptione. Secũdũ est illud genus in quo remanet forma materię
adueniẽte alia forma:ut est dispositio q̄ inuenitur in quibusdã corporibus similariũ
partiũ ad recipiendã animã hoc tamen appropriatur nomine subiecti.
¶ Nõnũq̄ etiã dicit̃ q3 partes cõposuit ratione quãtitatis sunt materia cõpositi &
secũdum hunc modũ: ponẽtes partes indiuisibiles appellant eas nomine materię.
Isti ergo sunt modi quibus dicitur materia in philosophia.

¶ De Forma.

Orma etiã dicitur multifarie uno modo de forma corpoꝝ simpliciũ nõ or
f ganicoꝝ. 2° mõ de formis corpoꝝ organicoꝝ & sunt ipsę animę. 3° mõ de
formis corpoꝝ coelestiũ quę quidẽ similãtur partim simplicibus eo q3 sunt
nõ organica & similãt̃ organicis ex eo q3 sũt mobilia ratiõe illarũ:& hoc totũ fuit
declaratũ i sciẽtia naturali. Quãdoq3 etiã dicit̃ forma de qualitate et quãtitate ad
ueniẽtibus ipsi mixto inquãtũ est mixtũ:et p hũc modũ discrepant inter se formę
corporum similariũ partiũ et acquirunt suas proprietates:ut est difficile corrumpi:
quod quidem inest ipsi auro/et alię proprietates pręter istã.

¶ De Principio.

Rincipiũ dicit̃ de omni eo quod dicitur causa:et qñq3 dicit̃ de eo unde ici
p pit res moueri:ut aliqua uia q̄ est principiũ ambulationis:et nõnũq̄ dicitur
principiũ id ex quo sequit̃ generatio rei:ut doctrina:exempli gratia:in qua
qñq3 nõ incipit̃ a prioribus secũdũ naturã: sed a facilioribus.et quicq̄d dicit̃ princi
piũ p̄ter dictos modos dicit̃ p uiã similitudinis alicuius hoꝝ modoꝝ/ut cũ dicimus
p̄missas eẽ principia cõclusiõis:qm̃ hoc trãsfert̃ ad illud uel ex eo q3 sunt efficientes
cõclusionis uel materia.

¶ De Elemento.

Lementũ dicit̃ primo de eo ad q̄d res resoluit̃ rõne formę:et p hũc modũ
e quattuor corpora.s.Ignis. Aer. Aqua.et Terra dicũtur esse elemẽta cęte
rorũ corporũ cõpositorũ:et quãdoq3 dicitur elementum de eo quod cre
ditur esse minima pars rei:ut credunt ponentes athomos. Aliquãdo etiã dicitur q3
uniuersalia sunt elementa particulariũ:iuxta opinionem credentiũ ipsa esse princi
pia rerũ & quod est uniuersalius debet essę magis elementum.

¶ De Necessario.

Necessariũ dicitur illud sine quo impossibile est ut res sit & hoc ratione materię ut cũ dicimus q animal sanguineũ necessario respirat. Quãdoq etiã dicitur necessariũ de uiolentia: quod quidẽ est cõtrarium electioni: & ideo poetę greci referũt ipm esse obnoxiũ: & cõtristans: & aliquãdo dicitur necessarium de eo quod impossibile est aliter se habere & secũdum hunc modum dicimus corpora cęlestia necessario esse ęterna.

¶ De Natura.

Natura dicitur de quolibet genere quattuor trãsmutationũ. s. generationis & corruptiõis. & motus. trãslationis & augumenti: et alterationis. Dicitur adhuc de formis q̃ sunt princi. ia hoꝝ motuũ: q̃ quidẽ uerius nomẽ naturę assumũt et pcipue q̃ ex his est simplicior: nã organica potius debet appellari anima. sicut est principiũ incremẽti. Et secũdũ hũc modũ audies medicos dicentes iã naturã fecisse aliqd. intelligũt uirtutẽ regitiuã corpoꝝ. q̃ ẽ nutritiua. q̃ qdẽ licet sit organica: est tñ apud eos simplicior. q̃ alię uirtutes: et ideo nõ possunt trãsferre nomen naturę. Ad uirtutẽ cordis: et iuxtã hũc modũ dicimus opus naturale: oppositũ rationali: & qñq trãsfertur nomen naturę ad elementa ex quibus cõstat aliquid: & sic dicimus naturã corpoꝝ similariũ partiũ. esse ex aqua & igne & cęteris simplicibus. Trãsfertur quoq natura ad omnia genera materię ipsa tandẽ dicitur de omnibus generibus formaꝝ & materierũ & trãsmutationũ cõsequẽtiũ ea. Postq̃ ergo puenimus ad id quod primo intendebamus. s. declarationẽ significationũ nominũ. Decet modo procedere ad unũquodq quesitorũ huius scientię.

¶ Finis primę partis.

¶ TRACTATVS SECVNDVS.

Iam ostẽdimus q ens dicitur multipliciter sed quod intenditur de eo hic est id quod significat decẽ pdicamẽta q̃ se habẽt. ueluti species generis subiecti huius artis. Manifestũ aũt est q ens nõ significat ipsa secũdũ purã equiuocationẽ quia si ita esset nõ esset genus subiectũ huius artis q̃ est hęc neq darẽtur hic predicata essentialia in quę diuidatur diuisione prima. ut cũ dicimus ens aliquod est in actu: aliquod uero in potẽtia & reliqua predicatã essentialia q̃ habet. Et propositio cuius subiectũ est nomen equiuocũ nõ habet subiectũ essentiale: & hoc totũ ẽ manifestũ apud illũ qui in arte logicali exercitatus est. Neq etiã nomen entis significat ipsa significatione uniuoca: quia si ita esset tunc decẽ predicamẽta essent unum genus aut sub uno genere. Cum tñ sensus restetur ipsa esse diuersa & plura: licet nõ nulli antiquoꝝ fuerint opinati ens eẽ unũ sed fuerũt ad hoc ducti pp ea qa dimiserũt eoꝝ cõtẽplationẽ sensui & audiuerũt dicta sophistica. i. fallẽtia cõtra quos iã obiecit Arist. in. p°. libro phisicoꝝ & nos reuertemur ad ipsos qñ de subiectis artiũ particulariũ faciemus tractatũ. Si ergo ita ẽ totũ hoc ut diximus: & nomen entis nõ significat decẽ pdicamẽta pura equiuocatione: neq uniuoce. Nõ restat igitur q significet ea nisi aliquo modoꝝ analogię: & sunt. s. significationes nominũ significãtiũ plures res q̃ tñ referũtur ad unã rẽ secũdũ prius & posterius. ut ex ipsis apparet. ut cũ dicimus aliqua q̃ medicinę attribuũtur esse medicinalia. & bello bellica.

¶ Et cũ huius scientię (ut pdiximus) sit referre genera entiũ inuicẽ ex eo q aliqua

earũ est causa alterius donec referantur omnes ad suas causas ultimas:Cõtemplari
igitur debemus hoc in omnibus prędicamentis & uidere quomodo ad se inuicem
referantur secũdum esse et quod ipsorũ precedat aliud:et si detur aliquod pdicamẽ
rum quo reliqua extent pdicamẽta quale sit illud et quo etiã substẽtetur illud tale
prędicamentũ:Mox procedemus ad reddendas causas cõsequentiũ uniuersalium
ipsorũ ex eo φ sunt entia:ut est potentia et actus et huiusmodi et hoc totũ ut possũ
mus dare in ista prima parte huius sciẽtię:Et id quod restabit nobis de ultimis cau
sis harũ rerũ differemus sermonẽ:donec declaretur hoc in secũda parte huius scien
tię:Et declarationes quę fiunt de his rebus sunt ut plurimũ logicales quia res quę
declarantur in arte logicali exercentur:ut diximus alibi. Dupliciter uel.s.ex eo φ
sunt instrumenta et methodi et regule dirigẽtes intellectũ et custodiẽtes ipsum ab
errore et hoc est propriũ officiũ illorũ:uel ex eo φ accipiũtur illę res quę ibi fuerũt
declaratę tanq̃ pars artis demõstratiuę et utũtur illis in alia arte tanq̃ psuppositũ
et radice supposita eo modo quo solent artes demõstratiuę cõmunicari in hoc φ
aliquę earũ utũtur eo quod in alia scitur per demõstrationẽ sicut exẽpli gratia assu
mit astronomus mathematicus a geometra φ semidiameter sit equalis costę sexa
gone. postq̃ ergo declarauimus intentionẽ huius partis huiusmodi speculationis
et modum propositionũ quę sunt in ea incipiamus loqui de ea et.

¶ Dicamus φ iam in libro pdicamẽtorũ fuit dictum φ prędicamẽtorũ uniuersaliũ
sunt duo genera:unũ est quod notificat de indiuiduo substãtię quiditatem et essen
tiam eius:et φ uniuersale quod est comunius in hoc est prędicamẽtũ quod dicitur
substantia. Aliud uero est quod nõ notificat de indiuiduo substantię quiditatem et
essentiã eius:sed si notificat aliquid illud nõ est substantia et uniuersaliter quidem
est in subiecto:et ideo in eius diffinitiõe dicitur φ est illud quod dicitur in subiecto.
De substãtia uero dicitur φ ipsa ẽ quę dicitur de subiecto:Et id quod est comunius
in hoc inter uniuersalia sunt nouem genera accidentiũ quę ibi numerantur.s.quan
titas.qualitas.relatio.ubi.quãdo.situs.habere.agere.pati.His igitur sic stantibus ui
detur uniuersaliter φ prędicamentum substantię sit per se stans & φ nõ indiget ad
eius esse aliquo prędicamẽto accidentis:& φ prędicamenta accidentis indigent ad
eorũ esse ipsa substantia & sunt causata ab ipsa. Cõsentaneũ ergo est indagare quo-
modo res se habeat in quolibet prędicamento.

¶ Et dicamus φ apparebit paulo post φ substãtia assumitur in definitione trium
prędicamentorũ quę sunt ubi:situs: & habere:& hoc patet ex eorũ definitionibus
nam in diffinitionibus omniũ istorũ apparet corpus:ut cum dicimus φ ipsum ubi ẽ
proportio corporis ad locum:& simili modo res se habet de situ & de habere:prę-
dicamenti uero ipsius agere & pati. Illud quidẽ quod est in substantia manifeste pa
tet:illud uero quod est in quãtitate & qualitate res se habet ueluti de ipsismet prę-
dicamẽtis quãtitatis & qualitatis & pręcipue prędicamentũ pati:quia pati in quãti
tate est semper substãtia nutrimenti augentis:& corpus mouet aliud corpus i loco.
In qualitate uero est accidens sicut corpus calefieri. In diffinitionibus uero ipsorum
quattuor prędicamẽtorũ uidelicet quãtitatis,qualitatis,relatiõis:& quãdo:licet non
appareat prędicamẽtum substãtię:nihilominus iam fuit ostensum ipsa indigere pro
esse suo ipsa substantia. De prędicamẽto nãq; relationis res manifeste patet φ non
potest separi a substãtia. Neq; est eius subiectũ tantũ. Sed facit sibi subiectũ reliqua
prędicamenta ut duplum & dimidiũ existens in quantitate: & sursum & deorsum
quod est in ubi. Similiter etiã de proximo apparebit φ est accidens & φ nõ potest

separi a materia presertim a substantia. Aliter enim inueniretur passio absq; patiēte
uel figura sine figuratoraut habitus sine habente habitum: uel dispositio sine dispo
sito: & hec quidem sunt quattuor genera famosa ipsius qualitatis. De predicamēto
uero quātitatis nō uidetur dari ratio manifesta ꝙ idigeat substātia & presertim di
screta itidem & continua quantitas: licet uideamus ꝙ una speterum eius est cor
pus in cuius definitione fuit dictum ꝙ diuiditur in tres dimensiones: & propterea
fuerunt opinati aliqui ꝙ dimensiones essent substantie & ꝙ notificāt de indiuiduo
substantie. quid est. & iam induxit huiusmodi speculatio aliquos homines crede/
re quantitatem seperari: & sunt illi qui dicunt subiectum mathematice sperari: &
nos dicimus ꝙ de se primo apparet ꝙ dimensiones non notificant de indiuiduo
substantie quiditatem suam: & ꝙ quādo per eas denominatur aliquod indiuiduum
substantie denominatione essentiali tunc speties illius indiuidui uel eius genus su/
mitur in eius definitione eo modo quo capiuntur subiecta. s. accidentiū uel genera
subiectorū eorū in suis definitiōibus: & huiusmodi denominatio nō erit accepta in
definitione illius indiuidui eo modo quo accipiūtur pdicata / q̄ sunt cause subiectorū
in suis definitiōibus: ut si exēpli gratia dicamus hominē atq; multa alia animalia eē
quātum aliquod: quia unū quodq; istorū habet determinatā magnitudinem: & tā
dem est manifestum ꝙ dimensiones sunt posteriores in ipso animato & ꝙ anima &
animatū precedūt eas: & similiter etiā uidētur alia entia naturalia precedere demē
siones quas existimatur ea habere. Hec autem sunt omnia indiuidua substantie: qa
quodlibet indiuiduū substantie uel est animatū uel naturale. Sed sermo de genere
communiori quod inueniatur in substātia quid sit: & utrū illud sit ipsummet corpus
uel aliquid cui accidat corpus: & si aliquid sibi acciderit: quid nam sit illud cui cor/
poreitas accidit ostendetur quādo declarabimus que nam sint principia substantie
sensibilis & quale sit esse ipsarū speterū & generū & demū uniuersaliū. Illi autem q̄
dicunt ꝙ datur quātitas sepata si intelligunt quātitatem existentem in sensibilibus
iam fuit ostensum in sciētia naturali ꝙ impossibile est materiā primā denudari ab
ipsa quemadmodū est impossibile ipsam denudari a forma: nam si ita esset tunc da/
retur aliquod indiuiduū substātie non habens quātitatem ꝙ est falsum: fuit quoq;
ostensum in scientia naturali ubi de uacuo tractatur: ꝙ impossibile est dimensionē
esse separatam. Vbi etiam fuit declaratū ꝙ tempus est in subiecto quod est. s. corpus
celeste. Hinc habetur ꝙ predicamētum ubi: cōsistit i substātia. nam res attribuitur
tempori ex eo ꝙ est trāsmutabilis uel quia existimatur esse transmutabilis: & ipsum
trāsmutabile est de necessitate corpus: ut in scientia naturali fuit declaratū. Nume/
rus uero qui est de quātitate discreta cum nihil aliud sit q̄ aggregatio unitatū ut so
let diffiniri & diximus in pteritis ꝙ significat unitates primo de re uniuersali quam
intellectus accipit ex rebus prouenietibus a distinctione rerū & loco earū & extre/
mitatibus illarū & demum ex rebus que sunt extra essentiā rerū: & ideo est de ne/
cessitate accidens. Nos autem ostēdemus in futurū ꝙ rectius debet dici ꝙ sit opa
tio anime q̄ ꝙ sit aliquid existens. Ex his igitur patet ꝙ impossibile est aliquod no
uem predicamētorum posse separi a substantia. Ipsa tamen substantia precedit ipsa
prioritate cause ad causatū suū. Neq; habet istam prioritatem tantū super accidētia
imo & prioritatem temporis & notitie. Substantia enim notior est accidente. Iam
autem fuit dictum quot modis dicitur prius & posterius. Sed utrū detur preter hāc
quātitatem sensibilem aliqua quātitas sepata que sit subiectum artis mathematice
ut imaginatus fuit Anaxagoras de hoc inuestigabit quādo de uerificatione artium

particularium tractabitur. Sed quomodo se habeant hęc nouem prędicamenta in ipsa substantia utrum ordinatim ita ꝙ aliqua eorũ sint ueluti causę ob quas alia in sint substantię:aut eodem modo insint ipsi ita ꝙ aliqua eorũ nõ pręcedãt alia. Hoc est manifestum.s.ꝙ unum pręcedit aliud in substantia:ut quãtitas quę quidem uidetur esse prima inter cętera quę ꝑcedit in substantia cum nõ reperiatur quantitas nisi in corpore. Neq etiam locus nisi in aliquo corporeo inquãtũ est corpus. Neq situs nisi in locato. Neq actio uel passio nisi mediante situ & ubi:& hoc totum apparet ex dictis in scientia naturali. Similiter etiã ipm habere:nõ inueniť in aliqua re nisi postq̃ fuerit corpus & habens ubi & situm. Non tamen est impossibile ꝙ reperiãtur duo eorum obtinere eũdem gradum ut qualitas & ubi quia nõ uidetur unũ istorum pręcedere aliud iuxta suum esse in substãtia. Cum ergo ex modo dictis appareat ꝙ nouem prędicamenta insunt substantię & cum hoc etiam fuit declaratũ ꝙ aliqua ipsorum pręcedunt aliqua alia in substantia. Consentaneũ est scrutari nũc de ęlementis substantię & de eius principiis. Et tandem utrum dẽtur principia existentia in substantia sensibili quę pręcedant ipsam:& si dantur quę nam sint: quia in hoc magna existit difficultas:& disceptatio inter antiquos. Hoc quoq quęsitum pręcedit quęsito illo in quo queritur utrum detur substantia sepata quę sit principiũ huius substantię sensibilis uel ne:& si datur quod nam esse habeat.

❡ Dicamus ergo ut iam prędiximus ꝙ nomen substantię ad plura se extendit: quod autem est manifestius & ab omnibus concessum est ipsum indiuiduum quod non est in subiecto neq dicitur de subiecto:ut sunt singularia hominis & animaliũ & plãtarum & syderum atq lapidum:& ideo cõuenit nos inuestigare de principiis huius substantię sensibilis. Opinio autem antiquorum: ut iam diximus: de eo quo constat hęc substãtia sensibilis & de eius partibus quę nam sint: Est uariamam quidam existimant ipsam esse compositam ex partibus indiuisibilibus siue finitis siue infinitis. Aliqui alii opinãtur ꝙ constat corporeitate:& cum ipsa corporeitas sit diuisibilis in dimensiones. ideo putarunt dimensiones uerius nominari substantiã:& qa cum dimensiones imaginãtur resoluẽrut in ipsasmet superficies:& hę in lineas quę etiam in puncta. ideo fuerunt opinati ꝙ puncta essent substantia. Alii uero crediderunt ꝙ eius uniuersalia quę de ipsa prędicãtur sunt eius principia: & ꝙ sunt res per se stantes. Omnes deniq asserebant causam materialem:nõnulli tamen eorum dixerunt ipsam esse athomos. Alii uero dicebant ipsam esse ignem aut aerem aut aliquid aliud quod uisum fuerat alicui antiquorum. Destructio autem omnium harũ opinionum corruptarum:iam fuit declarata in scientia naturali ubi fuit propalatũ ꝙ omnia entia sensibilia constant ex materia & forma:ibidemq fuit ostẽsum quot sunt genera materię & formę. Ibi tamen tractabatur de ipsis tanq̃ de substantia trãsmutabili & tandem ex eo ꝙ sunt principia transmutationum:& propterea ille opiniones corruptę ibi adductę secundum hunc modum ibi impugnantur quando fit sermo de partibus indiuisibilibus:& alię opiniones quas Aristo. conatur destruere in ea scientia. Sed in hoc loco speculatur de ipsis ex eo ꝙ sunt principia substantię inquantum est substantia:& similiter si quid habent de opinionibus corruptis secũdum hunc modum refellitur sicut qui putat ꝙ uniuersalia substantię sunt sua principia aut qui credidit substantiam sustentari dimensionibus. Licet de huiusmodi opinione possimus tractare duobus modis scilicet in hac scientia & in phisica ut fecit Aristoteles in tertio de cęlo & mundo. Auicẽna uero errauit in hoc ualde: cum

putet phisicum non posse ostendere corpora constare ex materia & forma:& ꝙ metaphisicus debet conari declarare illud. Sed totius huius rei falsitas est per se manifesta apud illum qui utrãq; scientiam didicit scilicet naturalem & istam. Cum ergo ita sit:& fuerit declaratum qualis sit consideratio huius scientię de hoc quęsito. Nostrum igitur est cõtemplari de hoc a notiori apud nos quod.s.est definitio.nam unum ex his ad quę se extendit nomen substantię. Est ipsa diffinitio. Hinc est ꝙ audies quãdoq; aliquos dicere ꝙ definitio notificat substantiã rei:procedimus quoq; semper a notiori apud nos ad notius apud naturam:ut in pluribus locis diximus:& dicamus ꝙ diffinitio ut dixit est oratio notificans quiditatem rei per essentialia quibus consistit. Nam in arte logicali fuit iam declaratum ꝙ prędicata sunt duplicia.s. uel per se uel per accidens. Et ꝙ illud quod est per se est etiam duplex unum scilicet est illud in quo ipsa prędicata sunt partes substantię subiecti & ex his tãtum cõficitur diffinitio. Aliud uero est ubi subiecta sunt de substãtia prędicatorum. Ex his tamen nõ componitur diffinitio cum sint res posteriores substãtiis diffinitis: Et ideo si consideremus hoc secundum hunc modum apparebit ex minima consideratione ꝙ indiuidua singularia habent partes priores se ipsis quibus extant: Quod quidem non inuenitur nisi substantię tantum. Nam in definitione indiuiduorum accidentium inuenitur substantia qua extant & est pręter ipsa:ideo non habent ueram definitionem. Neq; etiam aggregatum ex substantia & accidente habet diffinitionem: quemadmodum habet aggregatum ex materia & forma:ut in futurum apparebit:& ex hoc apparet manifeste ꝙ in nullo prędicato ipsorum prędicamentorum:substentatur aliquod indiuiduum substantię quia non notificat quiditatem indiuidui substantię aut partem quiditatis quę sit quale uel quãtum: aut habens relationem uel ubi aut agere uel pati uel situm aut habere. Hinc apparet differentia inter formas substantiales & accidẽtia licet utraq; sint in subiecto. Si ergo ita est & fuerit propalatum ꝙ dantur partes substantię quę sunt priores ipsa: intelligemus igitur qualiter sunt huiusmodi partes in ipsa substantia: & utrum uniuersalia accidant ipsis aut sint priora illis:ut putant qui ponunt ydeas. Tandem considerabimus de omnibus consequentibus illorũ inquãtum sunt indiuidua sensibilia: aut partes rerum sensibilium: Et ex eo ꝙ sunt intelligibilia & uniuersalia quia inter hęc duo esse:magna inest differentia. Et cum ipsa diffinitio quoq; habuerit plures partes quale nam esse habeant huiusmodi partes in ipso composito utrum in potentia uel in actu. Demum quo nam pacto dicimus diffinitum esse unum cum habeat plures partes in diffinitione.& notificabimus qualis sit proportio diffinitionum ad ipsa diffinita & partium diffinitionum: Et huiusmodi consideratio est fere comunis accidentibus & substantiis si concedamus accidentia habere aliquas diffinitiones. Licet tamen primum intentum huius negocii sit noticia substãtię: Et ideo conuenit nos primo tractare de diffinitionibus.

❡ Et dicamus ꝙ diffinitio uidetˀ eẽ primo & in spetię:uel p se prior ipsa substãtia:& ꝙ si inuenitur ĩ aliis prędicamẽtis est secũdum posterius:quia si in reliquis prędicamentis reperiũtur ꝑdicata essentialia ex quibus conficiũtur diffinitiones eoꝝ quemadmodũ fit in substantia. Nihilominus oportet etiã ꝙ in eorũ definitione reperiatur diffinitio substantię quia nõ stant per se:& hoc siue in potentia propinqua: siue in actu:ut in potentia in illis prędicamentis in quorum definitione non apparet eorũ relatio ad substantiã:ut in pręterito diximus: & pręsertim si accipiãtur abstracta per intellectum & significentur per nomina in abstracto:ut albedo exempli gratia

quando accipitur abſtracta per intellectū dicimus ipſam eē colorē diſgragatiuū ui/
ſus:& hoc magis de ipſa magnitudine & figura. Sed ſi accipiātur per eorum nomi/
na concreta : quę quidem magis ſignificant ſuper ipſis apparebit equidem ſubſtā
tia in eorum definitione : Et ſubſtātia apparet re uera in definitione accidentium
in actu:in illis prędicamētis in quorū definitione reperitur ſubſtantia:& tandem in
accidentibus eſſentialibus in quorū definitionibus inueniūtur ſua ſubiecta aut ge/
nera ſubiectorū ſuorū ut ſimitas in naſo & riſibilitas in homine. Hinc ē φ huiuſce
modi nomina ſignificant rem cōpoſitam ex accidente & ſubſtantia:& abſtracta ho
rum cōpoſitorū:ut dicit Ariſtoteles uel nō habebunt diffinitiones propter additio
nem aſſumptā in diffinitione eorū & iterationem:Nam qui diffinit ſimitatem naſi
accipit in eius definitione diffinitionē naſi : & in diffinitione cōcauitatis aſſumptę in
ipſo accipitur etiā naſus. Ergo naſus accipitur bis:uel ſi quidem habent hęc. Diffini
tiones illud erit modo poſteriori ſubſtantię compoſitę ex materia & forma:quoniā
diffinitiones ſunt compoſitorū Et poſtq̄ fuit declaratū φ omnia prędicamenta ha
bent definitiones ſignificantes quiditates eorū:& φ ſubſtantia habet ueram diffini
tionem & quiditatem quę eſt ſubſtantia. Scrutandū igitur eſt utrū quiditates rerū
& earū intelligibilia uniuerſalia ſint ipſemet res ſepate eo modo quo dicimus exem
plar rei eē ipſammet rem & φ forma rei ſenſatę eſt ipſum ſenſatū:aut aliquid aliud
aliquomodo.ſ.φ habeant eſſe extra animā ut dicunt qui ponunt ydeas.

¶ Et dicamus φ uniuerſalia eſſentialia quę notificant eſſentiam rei ſingularis ſunt
idem cum tali ſingulari eo modo quo diximus.i.ea notificare ſubſtantiā ipſius ſin/
gularis. Prędicata uero per accidens nō ſunt idem. Nam quādo contingit medicū
eſſe ędificatorem tūc quiditas medicinę nō eſt in ędificatore. Neq; homo:eſt homo
albus:imo huiuſmodi prędicatū eſt aliud a ſubiecto cōtra quod fit in p̄dicatis eſſen/
tialibus:Et ſi ipſa uniuerſalia eſſentialia rerū nō eſſent idem/cū ipſo ſingulari/ideſt
ipſa ſubiecta. Tunc quiditas rei nō eſſet ipſa res:neq; quiditas ipſius animalis exem
pli gratia eſſet ipſum animal indiuiduū:& ſic tolleretur ſcientia: adeo φ nō daretur
aliquod intelligibile:ſed qui ponunt huiuſmodi uniuerſalia:per ſe ſtare:& eſſe ſepa/
ra oportet ut ponant ipſa eſſe aliquid aliud a rebus ſingularibus aliquomodo : φ ſi
ita eſſet tunc ſequeretur unum duorū.ſ.uel φ illa uniuerſalia nō erunt harum rerū
ſingulariū intelligibilia : & ſic non erit ſufficiens aprehenſio horū ſingulariū φ eſt
cōtra id quod dicunt quia ipſi ponunt uniuerſalia ſepata & dicunt φ ſunt propter
ſcientiam:uel φ concedatur eis φ huiuſmodi uniuerſalia notificāt eſſentias horum
ſingulariū & per ipſa intelliguntur quiditates ipſorū:& ſi ſic eſſet tunc oporteret hu
iuſmodi uniuerſalia ſepato inquātum ſunt extra animā alio modo ſe habere q̄ quę
trāſmutantur ad ſe inuicem extra animā:& oportebit etiam intelligere alia uniuer
ſalia:Quia ſi res quę eſt extra animam indigeret ad ſui intellectionem alia re extra
animā:tūc ſequeretur idem quod prius & ſic fieret proceſſus in infinitum. Videtur
tamen φ nos nō indigemus ad intelligendas quiditates rerū:ponere uniuerſalia ſe
pata ſiue ſint ſiue nō ſint. Sed ſi ſunt nō ualent ad intelligendas quiditates rerum
neq; tandem ad eſſe ſenſibilium. Sed utrum talia uniuerſalia ex quibus conſtat de
finitum ſint ęterna & intranſmutabilia : & φ ſi ipſa exiſterent per ſe extra animam:
ut dicunt qui ponunt ydeas non ualerent ad eſſe ſenſibilium : Declarabimus hoc
modo. Cum omne quod generatur ſit aliquid ideſt creatura & forma : & ex ali/
quo ideſt materia : & ab aliquo ſiue per aliquod ideſt Agens : & apparet etiam
φ in omnibus generatis ſiue a natura ſiue ab arte ipſum agens ſit de neceſſi/

tate aliud numero a passo: & ꝙ ipsum & passum sint idem quiditate & definitione uel ꝙ sint proportionata. In pluribus autẽ rebus naturalibus & compositis res est manifesta ut in animali gignitiuo & stirpe fructifera:nam ipsum generãs prolificum uel generat sibi simile in specie:ut homo generat hominẽ:& equus equũ:uel erit sibi simile & proportionatũ ut asinus qui generat mulũ. Similiter etiã apparet in simplicibus: Nam ignis in actu generat ignem in actu. Poterit tamen aliquis dubitare de animali generato sponte atq; stirpe sic etiã orta:ignis quoq; quando fit ex incensione ferri aut ex collisione lapidũ & tandem ex motu. Sic etiam apparet ꝙ datur quędã mouentia quę nõ sunt de genere mobiliũ:ut sperma quod mouet sanguinẽ menstruum donec conuertatur in embrionem:& calor accubationis mouet ouum donec conuertatur in Auem.

¶ Et dicamus ꝙ in pluribus horũ generatorũ apparet ꝙ perficiũtur pluribus uno mouente:ut pater qui mouet sperma: & hoc mouet sanguinẽ mẽstruũ. Illud ergo mouens ꝙ oportet necessario esse ipsum & mobile idem quiditate:aut esse proportionatũ & simile erit ultimũ mouens cũ ipsum det propinquo mouenti uirtutem qua moueat:ultimũ aũt mouẽs spmatis ẽ pater & ipsius oui auis:licet fuerit tã ostẽsum ꝙ nõ sufficiunt hęc sine principio extrinseco.s.q̃ sunt corpora cęlestia: ut putat Aristo.& est ipsa ueritas: Aut intellectus agens:ut imaginati sunt plurimi philosophorũ posteriorũ:ut in scientia naturali fuit declaratũ. Animalis uero spõte orti & stirpis licet eorũ generatio fuerit a motu syderũ:calor quidẽ nõ est mouens ultimũ in generatione. Sed iam fuit ostensum ꝙ datur mouẽs proportionatum sibi quod pręstat sibi suã formã essentialẽ. Verũtñ huiusmodi mouens & mobile nõ sunt idẽ quiditatiue imo est ĩmateriale:ut declarabitur: In animalibus uero & plãtis sponte genitis ultimum mouens est ipsa corpora cęlestia per uirtutes animatas influxas ab eis secundum opinionem Aristotelis. Aut est intellectus agens secũdum opinionem posteriorum. Putat enim Aristoteles ꝙ transmutans & generans non est nisi corpus aut in corpore .i. uirtus in corpore:& ꝙ actio quę est finis transmutationis non prouenit nisi cum agente transmutationis:& ꝙ est impossibile:ut agens transmutationis sit aliquid aliud ab agente ipsius finis transmutationis. Motus uero qui generat ignem agens ipsius non est ipse motus. At agens utriusq; illorum est idem genere scilicet calor diffusus in ęlemẽta a calore stellarum: & est ipsemet aer. Verũ tamen ipse motus pręstat ꝑdispositionẽ qua recipit subiectũ formã ignis. Et tu potes experiri hoc:cũ bombice qui ignitur a sole per radiũ cõuersum a uitro: nam nõ uidetur ꝙ radius habeat talem operationẽ nisi remotam cum motu. Radius uero preparat aerem ad recipiendum calorem quo bõbix ignitur:nã aer nõ est ignis ut fuit declaratũ. Motus quoq; est quędam uita rebus naturalibus & est ueluti extrahens partes ignis existẽtis in aere in potentia propinqua ad actũ perfectũ: Hinc est ꝙ euentatio auget substantiã ignis:& p hoc potest persuaderi ꝙ conseruans formã ignis existentis in actu in concauo orbis lunę. Sit quoquomodo ipse motus corporis cęlestis ut in scientia naturali fuit declaratũ:nam ibi fuit ostensum ꝙ ęlementa respectu corporis cęlestis se habent ueluti materia & ideo nõ possunt stare sine ipso quemadmodũ est impossibile materiã primã esse denudatã a forma. Corpus quoq; cęleste indiget aliquomodo ipsis: eo modo quo indigent formę ipsis materiebus. Cum autem diximus rem generari a sibi simili specię & quiditate uidetur magis apparere in artificialibus q̃ in naturalibus:nam sanitas adepta ab arte medicinali in corporibus hominum fit a formis sanitatis quę est in anima. Similiter etiam forma

domus facta ab ędificatore in lapidibus & lateribus est forma habita a forma exi/
stēte in anima. Sed quia huiusmodi forma de necessitate perficitur a pluribus q̄ ab
uno agente nam si est sanitas oportet ꝙ ibi sit euacuatio. Ergo erit ibi potio medi/
cinę solutiuę. Sequitur ergo de necessitate ꝙ id quod est prius istorū in anima artifi
cis sit posterius tempore in generatione. Hinc dicitur ꝙ principium cogitatiōis est
finis operationis: & initium operationis est finis cogitationis. In rebus quoq; natura
libus uidetur res ita se habere & ꝙ earum principia ultima sit conceptio per intel/
lectū. Aliter.n. unde euenit eis ꝙ sint ex sui natura apte ut intelligātur a nobis: nā
hoc est sibi quid essentiale & inherens naturę earū. Id aūt quod est essentiale alicui
ꝑuenit quidē ipsi enti a causa efficienti de necessitate. Nihil aūt datur quo sensibile
euadat intelligibile in potētia.i. ꝙ de sui natura est ut intelligat̄: nisi eius generatio
fiat ex intellectuali aꝑhensione: licet suū esse sensibile sit cōceptum a suis principiis
sensibilibus: quēadmodū in artificialibus cōtingit: nā accidit rebus ꝑ artē ꝯfectis ꝙ
intelligātur ab illo q nō oꝑatur eas ꝑpea qa sunt ordinatę ab intellectu q̄ est ipsa for
ma existens in anima artificis aliter.n. essent intellectę ꝑ accidens & similiter etiam
res se habet in natura & in rebus naturalibus. Hinc apparet generatim ꝙ dātur for
mę sepate q̄ sunt causa ob quam ipsa substantia sensibilis est intelligibilis. Prestant
aūt ipsi sensibili formā substātialē qua fit intelligibile potentia ꝑ ipsam naturā & ꝑ
corpora cęlestia: & tales formę sunt formę corporū cęlestiū & hoc ē quod querebāt
ponētes ydeas & nō attigerūt ipm. Reuertamur autem unde digressi sumus.
¶ Et dicamus ꝙ cū appareat: ut diximus: ꝙ id quod generatur: generatur ab eo
quod est idem specie & quiditate: manifestū igitur est ꝙ q̄ditas ut q̄ditas est ingene
rabilis & incorruptibilis. Similiter etiā & ipsa materia: nā nō generatur ab agente.
Generabile igitur & corruptibile est ipm indiuiduū cōpositū ex illis duobus & est
illud quod est numero aliud a generante sed sunt idē forma. Patet igit̄ ꝙ formę &
materię inquātū sunt formę & materię nō sunt generabiles: neq; corruptibiles nisi
ꝑ accidēs: sed qa q̄ditates rerū sensibiliū nihil aliud sunt q̄ sua forma & sua materia
ut in futuro apparebit: manifestū ergo est ꝙ formę & materię: ut sunt formę & ma/
terię nō sunt generabiles neq; corruptibiles nisi ꝑ accidens. Corrūpūtur aūt & ge/
nerātur formę & tandē trāsmutātur ex eo ꝙ sunt pars ipsius generabilis & corru/
ptibilis ꝑ se: quod quidē est indiuiduū cōpositū ex materia & forma inquātū ē for/
ma rei singularis: & similiter res se habet de materia q̄ quidē patitur trāsmutationē
ex eo ꝙ est pars rei trāsmutabilis.i. indiuidui sed nō inquātū est materia: & cū mate
ria sit causa trāsmutatiōis sic adueniētis ipsis formis: cōuenientius ergo est dicere for
mas ita se habere. ꝙ aūt materia sit intelligibilis: hoc nō habet ex eo ꝙ est materia
nā res ideo est intelligibilis qa ē in actu: sed si intelligimus ipsam cōtinuo illud fit ꝑ
attributionē: & hoc de materia prima: uel accidit sibi habere actū & hoc de mate/
riis propriis uniuscuiusq; enti: Et quēadmodū uidetur ꝙ artifex nō facit materiā simpli
citer: sic ēt neq; formā simpliciter: facit tñ aggregatū ex materia & forma: nā ipse fa
cit formā trāsmutādo materiā donec ꝑstet formā sibi ut de arca: exempli gratia nā
ipse non facit lignum quemadmodū: neq; formam arcę sed facit quādam arcam ex
aliquo ligno. Si uero formę ut formę & materię etiā generarentur & corrūperētur
tunc generatio fieret ex nihilo absolute & corruptio ad nihil absolute uerbi.g. si po
namus corpus: ut corpus generari sequeretur de necessitate ꝙ fiet ex non corpore
omnino: sed generatio & corruptio ē ipsi⁹ cōpositi ex utrisq;.i. ex materia & forma:
Hinc ostēdit̄ ꝙ generās idiuiduū ē indiuiduū qa qđ trāsmutat materiā ē idiuiduū.

Apparet etiã ꝙ diffinitiones sunt ingenerabiles & incorruptibiles licet res definitę sint generabiles & corruptibiles: sed quo pacto accidat eis hoc: nõ est necessarium ꝓpea nos ponere ydeas: Nã hoc est quod fecit ponẽtes ydeas affirmate eas sed nõ est necessariũ. Qui.n.fuerũt ante Platonẽ putabãt ꝙ scientia erat de sensibilibus: sed quia uiderũt ꝙ sensibilia sunt trãsmutabilia & instabilia/ abstulerũt sciẽtiã penitus: adeo ꝙ fuit aliquis antiquorꝫ cum interrogabatur de aliqua re indicabat digito suo: significabat.n.esse instabilem & inquietẽ & ꝙ res sunt in cõtinua trãsmutatione & ꝙ nõ dat̃ hic ulla uerificatio alicuius rei: & ex hoc ꝑuenerũt uniuersaliter opiniones erronę. Adueniẽte uero ętate Socratis uiderũt ꝙ dãtur hic intelligibilia ęterna & uniuersalia: ideo dixerũt ipsa eẽ extra animã eo modo quo sunt in anima & cũ hoc etiã uiderũt ꝙ sunt principia substãtię sensibilis: & ex hoc quod diximus patet ꝙ licet inuenirẽtur: ut ipsi putãt: adhuc nõ iuuarent ad esse generabiliũ ullo pacto. Quia generãs ꝑticulare est unũ ꝑticulare: ut ipm/ i spẽ/ aut sibi simile: ut diximus.

¶ Themistius uero reddit rationẽ ꝓ Platone ꝙ dãtur formę agẽtes ad eẽ animaliũ ortũ habentiũ ex putredine: & putari põt ꝙ huiusmodi principiũ cõcedat̃ apud Aristo. & ꝙ nõ uidetur necessariũ intromittere ipsas in causam generationis huiusmodi generis tantũ animaliũ. Sed etiã animaliũ ꝓlificantiũ: ut potest intelligi ex libro de animalibus. Verũtñ principiũ propinquũ istorꝫ apud Aristo. est uirtus animata: & remotũ sunt formę corporꝫ cęlestiũ. Totũ aũt hoc secũdũ uiã Aristo. indiget speculatione. ꝙ aũt Arist. credat has formas sepatas habere opationẽ uniuersalẽ in omni generato absqꝫ medio: ut putat Auic. uidetur esse remotũ. In qbusdã tñ entibus naturalibus põt existimari ꝙ necessitas cogit ponere formas sepatas in generatione indiuidui: ut in animali ꝑsuaderi potest: & presertim in non gignitiuo. In quibusdã tñ nõ uidetur hoc neqꝫ uidẽtur indigere ipso inquãtum sunt generabilia: Verũtñ si cõsiderẽtur formę generatę inquãtũ accidit eis ꝙ sint intelligibiles & tãdem habentes ordinem apparebit necessarium intromittere hanc formam cũctis rebus: ut prius diximus: sed huiusmodi principiũ alio modo se habet q̃ ponitur a ponentibus ydeas. Dicebãt enim ꝙ intelligibile ipsius equi & eius quiditas ut est ĩ materia ẽ idem extra animã & sic sequitur de necessitate ꝙ detur equus hynibilis sine materia & ignis cõburens & si intelligunt hoc omnino errant: Et si uelint id quod Aristo. intendit de esse rerũ separatarum: ut existimauit eorum fautor: errauerunt tãdem quia trãstulerunt dicta scientifica in dicta poetica q̃ nõ sunt uera & fiũt ad docẽdũ populũ: Hoc aũt ĩ futuro ostẽdemus: Ex dictis ergo patet ꝙ & si dant̃ uniuersalia ꝑ se stantia extra animã nõ sufficiũt ad sciẽtiã & generationẽ: nã generatio ꝑ se est rei particularis & indiuiduę: sed de rebus comunibus quę uidentur generari per accidens: quasi dicas ex eo ꝙ sunt indiuiduũ: Videtur ꝙ causa generatiõis earũ sit ipsa natura: & causa ob quã inuenitur natura faciẽs huiusmodi opationẽ est ipse motus corporũ celestiũ: & causa ob quã motus corporũ celestiũ prestat huic naturę talẽ uirtutẽ/ sunt ipsę formę sepatę intelligibiles. Aristoteles aũt opponit Platoni quia posuit id quod est principiũ & agens rei generate ꝑ accidẽs principiũ et agẽs rei generate ꝑ se: quasi dicas ꝙ sic debemus intelligere differẽtiam inter istas duas uias: Nõ ꝙ Aristoteles neget hic ꝙ formę sepatę sint aliquo modo principia agentia: sed iuxta illũ modũ quẽ diximus: et sic nõ est opus intromittere in rebus naturalibus formas sepatas ad aliquã generationẽ/ ꝓter intellectũ humanũ/ & hec est ueritas iuxta uiã Aristotelis et ideo incepit declarare ꝙ formę uniuersales nõ sunt generabiles neqꝫ corruptibiles nisi ꝑ accidens. Nos aũt iã declarauimus hoc in expo/

sitione nostra sup libris eius huius sciẽtię: Post hoc ergo cõuenit nos inuestigare de ipsis uniuersalibus utrũ hoc sit possibile in eis aut nõ. uidelicet utrũ possint p se sta re extra animã ita ꝙ uerius appellẽtur noĩe substãtię q̃ sua subiecta sensibilia.

¶ Et dicamus ꝙ si ponãtur hec uniuersalia esse extra animã eo modo quo sunt in anima: poterit hoc cõsiderari uno duorũ modorũ. s. uel ꝙ stent p se & nullã habeãt attributionẽ ad ĩdiuidua sensibilia: & hoc ẽ cõtra id quod ponitur in eorꝫ definitio ne: nã uniuersale ut fuit dictũ: ẽ illud quod solet predicari de pluribus. Seq̃tur ergo ex hac positione ꝙ intelligibile alicuius rei nõ erit illa res quod totũ est impossibile: uel ꝙ ipsum uniuersale est quid p se existens extra animã in indiuiduo: sed si res ita ponatur facile apparebit: ꝙ ex huiusmodi positiõe sequẽtur falsitates uitupose: Nã si ponamus ipm̃ esse in suis indiuiduis/ extra animã/ nõ euadet qn talis comunica tio cũ indiuiduis: sit uno duorꝫ modorꝫ. s. uel ꝙ pars eius sit in uno quoq; ĩdiuiduorꝫ ita ꝙ talis habeat de humanitate quãdã partẽ: & Plato aliã partẽ: & sic humani/ tas non predicabit̃ de quolibet istorꝫ duorꝫ/ p̃dicatione essentiali/ in eo ꝙ quid: qa illud quod habet partẽ hominis/ nõ est homo/ quod ẽ de se manifeste falsum. Aut ꝙ ipm̃ uniuersale/ ĩ sua uniuersalitate erit ĩ quolibet indiuiduo eius. Hęc tñ positio cõtradicitur sibi ipsi: quia oportet de necessitate/ uel ꝙ uniuersale multiplicetur in se: ita ꝙ uniuersale quod notificat q̃ditatẽ Sort. sit aliud/ q̃/ quod notificat q̃ditatẽ Platonis: & sic nõ erit eorꝫ intelligibile idẽ: & hoc est falsum uel ꝙ una & eadem res in sua uniuersalitate sit in pluribus imo nõ in pluribus solũ. Verũetiã in ĩfinitis: quo rũ aliqua generẽtur: aliqua corrũpãtur: ita ꝙ unum generabile & corruptibile/ erit multa secũdũ eũdem modũ/ quod est falsum. Seq̃tur etiã ex hoc: ꝙ habebit simul cõtraria: q̃a multa uniuersalia diuidũtur p differẽtias oppositas: & inuenientur ĩ locis oppositis. Et si ponamus ꝙ ipm̃ inueniat̃ in multis eo modo quo potest cõsiderari unũ inesse pluribus: uidelicet ꝙ sit unũ numero indiuiduũ existens in pluribus/ ut forma totius ĩ partibus: seq̃tet̃ tũc ex hoc: ꝙ homo erit cõpositus ex asino & equo: & oĩbus aliis sp̃ẽbus diuidẽtibus ipm̃/ adeo ꝙ erũt inuicẽ alligatę/ siue sint cõtinuę siue cõtiguę: & si ponamus adhuc hec uniuersalia esse extra animã/ opportebit ipsa habere alia uniuersalia extra animã/ q̃bus illud uniuersale primũ/ sit ĩtelligibile/ & sic de secũdo tertiũ: & sic in ĩfinitũ: sed nõ accidet nobis hoc dubiũ: si ponamus ꝙ esse ipm̃ uniuersale esse in ĩtellectu: q̃d id quo uniuersale ẽ uniuersale tã fuit declara tũ ĩ libro de aĩa: ꝙ ẽ una & eadẽ substãtia sepata. i. intelligibile intelligibiliũ. Preterea quomodo uniuersale est substãtia p se stans iuxta opinionẽ eorꝫ/ cũ sit de his q̃ dicũ tur ĩ subiecto nõ de subiecto: & hoc patet ex eius diffinitiõe: & id quod ita se habet: est accidẽs de necessitate. Si cõcedamus quoq; hoc: tũc nõ inuenietur hic substãtia propria alicuius rei: sed substãtię rerum erũt comunes: & substantia propria erit sub iectum substantię comunis: & omnes istę falsitates/ sequentur. Si ponamus hęc uni uersalia per se stare extra animã: sed & si nõ ponimus ea: ita se habere. potest adhuc aliquis diceret: ꝙ non sunt uerę: sed falsę & chimericę. Nam uerũ: ut in libro posterio rũ fuit diffinitum/ est: illud quod ita se habet in intellectu/ quemadmodum extra: & tali modo poteris facere obmutescere/ plures loquentiũ nostri temporis: & hęcmet dicta transferũt/ ad destruendũ esse ipsorꝫ uniuersaliũ: neq; ex hoc sequitur id quod putant. s. tollere scientiã: quia ipsi nihil dicunt de syllogismis/ qui cõstant ex duabus premissis neq; de predicatis p se: sed de hoc fiet sermo cũ eis: & cũ aliis ubi tractatur de uerificatione principiorũ artis logicę: & aliarũ artiũ particulariũ: Sed hoc dubiũ quod accidit circa uniuersaliũ/ paulo post soluetur.

¶ Et dicamus

¶ Et dicamus/ꝙ si falsum/sit id quod est in intellectu:alio modo q̄ est extra (ut in
telligi potest) ex opposito diffinitiõis ueri:Hoc quidē potest cõsiderari/ uariis mo
dis (.i.ꝙ res sit in intellectu:aliter q̄ extra intellectū). Vno modo ꝙ res habeat esse
inquantū est in itellectu tantū:preter hoc ꝙ habeat esse/penitus/extra intellectū:
& hoc manifeste uidetur. Subingredi diffinitionē falsi:& cõtineri sub eo. Secūdo ꝙ
talis res habeat esse extra itellectū:sed accipiatur in itellectu/alio modo q̄ sit extra
intellectū:& hoc etiam potest cõsiderari dupliciter:uno modo/ꝙ id quod ponitur
esse in itellectu sit secūdū cõpositionē illorum subiectorū q̄ extra itellectū & attri
butionē unius ad aliud:sed nõ eo modo/quo se habent in se. Huius aūt rei falsitas:
nulli dubia est/& ꝙ cõtinetur sub diffinitione falsi:ut hyrcoceruus/& cõceptus ua
cui & reliqua q̄ intellectus intelligit/& componit/ab eo quod nõ inuenitur extra
animā:in tali modo cõpositionis:Secūdo modo/ꝙ extra animā inueniātur res: di
uersarū essentiarū/q̄ sibi inuicem hñt esse:& sunt imixtę simul: & intellectus separat
illas essentias/ab inuicē & agregat illas q̄ inter se sunt similes:& admiscet eas:& se/
perat eas/a rebus/q̄ inter se differūt/adeo ꝙ intelligit naturas/rerū separarū/iuxta
ueritatē suā:Hoc aūt neq; est ullo pacto falsum/neq; continet sub diffinitione falsi:
& iuxta hūc modū abstrahit punctū a linea/& intelligit ipsum licet nõ inueniatur:
nisi in linea & ipsam lineā quoq;/a supficie/& supficiem a corpore. Et tandē iste est
modus/quo nos possumus intelligere oēs res/existētes/in aliis secūdū unionē siue
fuerint accidētia/siue formę. Verū ñ/qñ intellectus abstrahit plures harū substan
tiarū & distinguit/unā ab alia/et accidat/ꝙ sint res/q̄ hñt primū esse suū/in aliis:
tunc intelligit eas cū illis rebus:q̄ sunt subiecta earum (ut in formis materialibus
euenire solet) quas quidem intelligit/ex eo ꝙ sunt materiales. Sed si huius/essen/
tię fuerint/de his q̄ nõ insunt primo aliis:imo ex eo/ꝙ sunt ex cõsequentibus earū
(ut linea/q̄ itelligitur abstracta de se: huiusmodi quidē actio/est propria uirtuti ra/
tionali (ut in libro de anima fuit declaratū): Nam sensus pcipit formas/inquantū
sunt singulares:et tandem ex eo/ꝙ sunt in materia indiuiduali/licet nõ recipiat eas
receptiõe materiali/eo modo/quo sunt extra animā:sed spirituali modo (ut ibi
ostensum fuit. Ipsius nāq; intellectus officiū est abstrahere formā/a materia indiui/
duata:& aphendit ipsam separatam secundū eius certitudinē:& hoc est manifestū ex
re ipsius:& per hoc uerificatur/ꝙ intelligit quiditates rerū. Aliter.n.nõ darētur sciē
tię/penitus. Quādo ergo accipitur in diffinitione falsi/ꝙ est id cuius eē extra intel
lectū:est aliud/q̄ quod/in intellectu/nõ comprehendit hoc:& sic diffinitio ueri/nõ
prohibet/uniuersalia habere illud esse:quia illę dictiones q̄ accipiūtur/in illis diffi/
nitionibus/sunt de nominibus equiuocis:uidelicet cū dicimus in diffinitione falsi:
ꝙ est extra intellectū:alio modo/q̄ in intellectu:& in diffinitione ueri ꝙ habet eē
in itellectu/eo modo quo extra:sed de uniuersali iuxta hunc modū poterit aliquis
dubitare:& dicere/ꝙ cū nos ponamus ista uniuersalia eē abstrahibilia (aliter ratio
nalia) ergo de necessitate/sunt accidentia/& si sunt accidētia/quomodo ergo/po
terūt notificare substantias rerū singularū/per se stantiū/cū iā sit dictū:ꝙ id:quod
notificat quiditates substantię:est substantia.

¶ Sed hoc dubiū/facile soluitur:uidelicet/quia quādo intellectus abstrahit illas for
mas/a materia & intelligit essentias earū/secūdū suā ueritatem siue sint formę sub
stantiales/siue accidentales/tunc accidit eis in intellectu/ipsa uniuersalitas: non ꝙ
uniuersale sit essentia formę illarū substantiarū:& ideo uniuersalia sunt de secūdis in
tentionibus:Sed quibus accidunt uniuersalia:sunt de primis:& iā fuit latissime tra/

cratū in arte logicali de differentia q̄ est inter primas:& secūdas intentiones & hoc
de se patet/apud exercitarū in ea arte : Et postq̄ fuit ostensum/ꝙ uniuersalia/non
sunt substantię rerū sensibiliū:cōtemplemur modo/quid nā sit/earū substantia.
❡ Et dicamus manifestū esse ꝙ res sensibiles.i.indiuidua substātię sunt composita
ex pluribus q̄ una re cū faciamus de ipsis interrogationē propter quidi quod quidē
quesitū nō sit de simplicibus:nā nō dicitur propter quid homo est homo:cū idem
sit subiectū & prędicatū:sed bene cōuenit questio ꝑꝑ quid de cōpositis (ut si dica/
mus ꝑꝑ quid homo est medicus:& dicatur quia est intelligens:& fit respōsio ꝑ for
mā rei:& quādoq; ꝑ materiā eius:ut si dicamus/ꝑꝑ quid/hoc est sensitiuū: & dicit:
quia est cōpositū ex carne & osse:& tandē ad questionē ꝑꝑ quid:potest fieri respon
sio per unāquāq; quattuor causarū. Manifeste igitur patet/ꝙ indiuidua substātię:
sunt cōposita:& ꝙ si sunt unū actu:inest tamen eis quedā pluralitas in potentia:nā
nō sunt una ꝑ colligantiā:& cōtactum:quemadmodū accidit in pluribus rebus ar/
tificialibus/qa impossibile est ꝙ inueniātur ęlementa alicuius rei:in eadē re in actu.
Aliter.n.ipsummet compositū ex ęlementis/esset essentia ęlementorū: ut exempli
gratia:oximel/quod quidem constat/ex aceto & melle:& si essent in eo in actu tūc
nihil aliud esset oximel/q̄ acetū & mel:& similiter nō reperitur ipsamet aqua & aer
& ignis & terra.i carne.& osse. Aliter enim caro & os esset aqua & ignis & aer & ter
ra. Hinc potest haberi ꝙ in generato.est aliquid aliud pręter ęlemētum : quo est id
quod est. Aliter enim esset ipsamet res ex qua compositū fuit : uel dicemus in igne
& aere & aqua atq; terra:esse carnē et os in actu:& tandem res infinitas:et sic reuer
tetur ad sermonē de mixtione. Neq; adhuc euadet res/qua distinguitur composi/
tum ab ipsis ęlemētis (cū sit quid sibi additū) quin sit aut ęlementū : aut ex ęlemē
to:sed si fuerit ęlemētum:tūc sequeretur idem quod in priori.uidelicet:ꝙ differret a
cōposito ex ipso:et ab ęlemētis prioribus illi.per ęlementum:et sic in infinitū:adeo
ꝙ inueniētur in una re in actu:ęlemēta infinita:et si esset etiā ex ęlemēto: tunc da/
retur quoq; aliquid quo differret et distingueretur ęlemētum.ex quo compositum
fuit:et si iterum hoc esset ex ęlemēto/fieret in rebus processus in infinitū. Ex dictis
igitur apparet ꝙ in cōposito. est quędam substātia.pręter ęlemēta:q̄ forma nuncu
patur: Et quia ut in arte logicali fuit declaratū. Definitiones constant ex genere et
differentia:et iā in pręcedētibus fuit ostensum:ꝙ inquātū sunt uniuersalia:nō habēt
esse extra intellectū. Neq; sunt ullo pacto causę diffinitorū. Patet ergo ꝙ genus ni
hil aliud est q̄ cōceptus/formaq; uniuersaliū ipsius diffiniti.quę se habent ueluti ma
teria/& forma uniuersalis:nam materię ē comunicari:& uniuersaliter est/quid acci
dens formę uniuersali rei eo modo quo accidit uniuersale ipsi intelligibili/alicuius
rei:& similiter apparet de ipsa differētia:quę est quoddā consequens:quod insequit
intelligibile formę proprię:alicuius rei:ex eo ꝙ est in intellectu:& tandem ipsa rep/
sentat formam:quemadmodū genus materiā:& hinc apparet proportio diffinitio/
nū/ad diffinita:& soluūtur multa dubia quę possunt fieri in eis:ut id de quo dubita
uerunt antiqui q dicunt quomodo animal.u.g.quod accipitur in diffinitione homi
nis est uniuersalius homine:cum sit pars ipsius. Similiter etiā dubitār quo nā pacto
pōt ꝑdicari pars de specie aliter genus:& in eo ꝙ qd. Et totū hoc accidit eis/qa nō
distinguūt inter esse intelligibile & esse extra intellectū:& accidunt eis hęc dubia:
quemadmodum accidit in rebus quę accipiūtur simpliciter secūdum ꝙ sunt aliqd
unum:& sunt plura:si ergo ita est:& cum hoc fuerit iam propalatū:qualis sit propor
tio generis et differentię:ad partes diffiniti. Manifestū ergo est ꝙ partes substantię

Indiuidue/nihil aliud sunt q̃ materia sensibilis: & forma sensibilis: & hoc est quod intendebamus declarare a principio rei. Scrutemur modo de formis rerum sensibilium absolute.i.de differentiis materię primę & quid est earum materia: nam ostensum est omnia hęc habere diffinitiones:& diffinitiones constare ex generibus & differentiis quę representant formas & materias siue sint substantię:siue accidentia.

¶ Et dicamus ꝙ materia est id quod est in potentia ad rem quę est futura esse in actu & diffinitione & forma ipsa uero forma est actus & quiditas. Indiuiduũ autem sensibile est compositum ex his duobus:& ipsam materiam concedunt omnes antiqui:et apparebit etiam paulo post ex his quę in scientia naturali fuit dictũ.s.ꝙ quelibet quattuor transmutationũ:quę sunt.s.generatio et corruptio:incrementum et decremẽtum:translatio:et alteratio. Habent subiectũ super quod fit transmutatio. Manifestũ enim est ꝙ trãsmutatio ex eo ꝙ est accidens indiget subiecto:et ideo nõ reperitur transmutatio/sine transmutabili. Attamen res quę habent transmutationem in substantia/oportet de necessitate ꝙ habeant reliquas trãsmutationes. Sed quę habent reliquas transmutationes nõ est necessariũ:ꝙ habeant trãsmutationẽ: quę est in substantia:ut quę habent motum localem:quemadmodũ in scientia naturali fuit ostensum de corpore cęlesti. Sed ut diximus omnes afferunt materiã primã esse substantiã/q̃uis discrepent in eius quiditate.s.materię primę:& iam fuit declaratum hoc in scientia naturali. Post hoc autem declarabimus eius differentias. Conueniens quoq; est facere sermonem de forma quę est differentia:et dare differentias uniuersales/quibus diuiditur/inquãtum est forma.

¶ Et dicamus/ꝙ Aristoteles narrauit/ꝙ quidam antiquorũ/inter quos Democritus/dicebant differentias rerũ cõtineri tribus generibus uidelicet:figura:situ: ordine:et huiusmodi dictum licet nõ complectatur formas rerum sensibiliũ scilicet quę accipiũtur in diffinitionibus earũ: adhuc prolecerũt ab eo id quod uerius nomine differentiarũ dici debet. uidelicet differẽtias essentiales/quarũ gradus in scientia naturali fuerũt declarati:imo apparet uniuersaliter ꝙ differentię rerũ essentialiũ: sint multę ex quibus quędam sunt in substantia/quędã alię in quãtitate: et qualitate et tandem in uno quoq; decem prędicamẽtorum. Verũtamen quia in multis accidit: ꝙ latent differentię substantiarum: et ponũtur accidentia propria earum uice differentiarũ:ut figura:et situs:atq; ordo:et cętera accidentia: Et ideo si Democritus intendebat hoc quãdo ponebat differentias substantię esse istas tres:nequaq̃ poterit excusari a culpa:cum manifeste dentur multę substãtię quarũ differẽtię sunt preter istas res:ut sunt substantię:quarũ differentię fiunt per calidũ et frigidum:et alia accidentia pręter hęc. Artificialiũ uero differentię sunt accidentia: Et cum res constent ex materia:et forma:ideo quãdo diffinitiones aggregant hęc duo: Sunt perfectissime. Nam qui diffinit domũ:ꝙ est ex lateribus & lignis. tunc dicit domum in potentia:& qui diffinit ipsam ꝙ continet:& protegit contentũ in ea:& ꝙ est in tali figura. Tunc affert formã tãtum:sed nõ eo modo quo uere est:cum nõ habeat esse: nisi in materia: Tandem ipse diffinit per partem diffinitionis domus/non per omnes eius partes quibus constat:sed qui amplectitur omnia hęc duo simul in hac diffinitione dicit ꝙ domus est lateres & lapides / q fuerunt compositi tali compositione: & est aptus ad talem & talem rem/ita ꝙ deueniat ad omnia illa quibus contentum in ea conseruatur & quomodo stet in ea. Accidit tamen circa hoc dubitare/quia dato ꝙ cõcedamus hoc/de diffinitionibus rerum habentiũ materias sensibiles: quo pacto res se habebit in his in quarum diffinitionibus non apparent materię sensibiles: ut

est diffinitio trianguli:& circuli. Hoc autem dubium soluitur per hoc/ ꝙ licet huius
modi res nō habeant materias sensibiles (& ideo dicitur ꝙ consideratio de ipsis nō
est inquātum sunt in materia) nihilominus habent res:quarū proportio ad ipsas:est
proportio materię sensibilis ad formā naturalem:ut cum dicimus ꝙ circulus est fi/
gura quam cōtinet una linea/intra quam est punctus a quo omnes linee egrediē/
tes/ad lineam circūdantem. Sunt equales: Nam cum dicimus in hac diffinitio/
ne figuram: & dicimus in qua circūdat una linea: est ueluti genus: & reliquū dicti
ueluti differentia: Et proportio existens inter illas materias fictas:& materias sensi/
biles est ꝙ istę fictę reperiūtur in circulo in potentia quemadmodū materię rerum
sensibilium in rebus sensibilibus. Hoc autem declarabimus post hoc quādo osten/
demus/quo pacto insunt partes diffinitionis ipsi diffinito & qualiter diffinitum sit
unum:& diffinitio habeat plures partes:cum ergo hoc totum ita se habeat ut narra
uimus & fuerit declaratū ꝙ substantię sensibiles sunt tres.s.materia:& forma:& ag/
gregatum ex his duobus: Tūc poterit aliquis querere:si substātię sensibiles cōstāt
ex materia & forma: quod nā ipsorū significatur ꝑ nomen eius utrū.s.materia/uel
forma/uel aggregatū ex ambobus. Videtur autem nomen famosius significare ag
gregatum ex his duobus:licet dicatur quādoqꝫ de forma:et quandoqꝫ de aggrega
to ex illis duobus. Tamen dicitur hoc secūdum prius et posterius: quia compositū
habet esse ex eo qđ est cōpositū ex forma:et est id cui uerius applicatur nomen: Et
ideo si fiat comparatio inter has duas significationes:tunc significatio de composito
erit prior tempore et posterior secūdum esse:et eius significatio de forma est poste/
rior tempore:et prior secūdum esse: quia nō est moris plebis distinguere inter indi/
uidua substātię tali differetnia. Neqꝫ debemus tradere obliuioni id quod sepissime
diximus.s.ꝙ istę res habent duplex esse.s.sensibile et intelligibile:et ꝙ esse intelligi
le/est sensibile ex eo/ꝙ notificat ipsum:et facit intelligere quiditatem eius. Hinc di
citur ꝙ ītelligibile ipsius rei est ipsa res. Sed ꝙ esse intelligibile sit sensibile/ita ꝙ sen
sibile sit compositū ex intelligibili:aut generatum ab eo per se:ut putant ponentes
ydeas:uel ꝙ sit ipsummet ex omni parte:est falsum:quia cum nos ponimus intelli/
gibile rei:esse ipsam rem omnibus modis/tunc forma compositi intellectu/est ipsum
met compositū/ita ꝙ homo erit anima. Similiter etiam si ponamus substantiā sen
sibilem esse cōpositam ex substātia intelligibili sequeretur ꝙ res sensibiles nō eēnt
generabiles:neqꝫ corruptibiles:nam iam fuit declaratum hoc in supradictis de for/
ma absoluta:et de materia absoluta.i.ꝙ sunt ingenerabiles:et icorruptibiles:et ideo
sequitur de necessitate ꝙ elementa substantiarū trāsmutabiliū sint necessario tran/
smutabilia per accidens:et nō per se: Nam formę naturales.u.g.sunt generabiles et
corruptibiles nō per se:sed ex eo ꝙ sunt pars generabilis corruptibilis per se.i.ipsius
indiuidui:ut prius fuit ostensum: Vtrum autem dētur formę naturales seperatę iam
in scientia naturali fuit declaratū: De eo uero quod de diffinitione fuit dictum.s.ꝙ
est enūciatio habens partes. Dicendū ꝙ diffinitiōes sunt ipsius compositi:et ꝙ for
ma et materia et tandem omnia simplicia nō habēt diffinitiones nisi per modum
similitudinis:et ꝙ qui dixerunt diffinitiones formarū separatarū esse easdem diffini
tiones quę in materia errauerunt. Similiter etiam qui dicunt substātias rerum/esse
numeros:nam secūdum istos sequeretur/ꝙ numeri non essent compositi ex unita
tibus/cum res habeant diffinitiones:& diffinitio habeat partes plures nō sunt unas:
Aut dices res sensibiles esse puras unitates:& nō dabitur sic ulla diffinitio. Videtur
tamen de necessitate ꝙ numerus est in materia:& ꝙ unitas eius est a forma plurali

tas uero propter materiam hoc autem poſtea declarabimus:& ſummatim apparet
de ipſis indiuiduis ſenſibilibus/ꝙ ſunt compoſita/quia habent duas res inter ſe ma
xime differentes:uidelicet eſſe ſenſibile:& eſſe intelligibile.Impoſſibile enim eſt ipſa
habere hęc duo ex eadem parte:imo forma eſt cauſa:ut ipſa res ſit intelligibilis : &
materia eſt cauſa/ꝙ ſit ſenſibilis:Et poſtq̃ fuit declaratum/quot ſunt modi formarū
ſenſibiliū primarū:Conſentaneū eſt nūc tractare de differentiis ſubſtantię materia
lis:& de eius ſpeciebus.

¶ Et dicamus ꝙ cum genera tranſmutationū ſint quattuor uidelicet trāſmutatio
in ſubſtātia & in quātitate:& in qualitate:& ubi:& nō ſit neceſſariū.id quod habet
tranſmutationē ſecūdum ubi habere trāſmutationē in ſubſtantia:aut in quātitate:
aut in qualitate.Manifeſtū ergo eſt ꝙ ſubiectum trāſmutationis in ſubſtātia quan
doq; erit pręter ſubiectū aliarum trāſmutationū:& pręcipue trāſmutationis localis.
Patet ergo ꝙ cum dicitur materia de corporibus cęleſtibus & corporibus genera/
bilibus & corruptibilibus:dicitur quodā equiuocationis modo. Duo ergo ſunt ge/
nera materierū unum.ſ.quod eſt ſubiectum tranſmutationis ſubſtantię:& proprię
nominatur materia. Aliud uero eſt ſubiectum aliarū trāſmutationū:& nominatur
proprię (ut plurimum) ſubiectum. Oportet autem corpora cęleſtia habere mate
rias ſimplices/nō compoſitas ex materia & forma cum non habeant niſi tranſmu/
tationem ſecūdum ubi tantum. Sed tranſmutatio in ſubſtātia bene cogit rem eſſe
compoſitā/ex materia & forma.

¶ Trāſmutatio uero inquātum trāſmutatio:ut fuit dictum in dictis uniuerſalibus
ſcientię naturalis/eſt de neceſſitate in re diuiſibili. Diuiſio autem rei ſit ex eo ꝙ eſt
materialis nō ex eo ꝙ habet formā/diuiſio nāq; ineſt formę per accidens. Rerum
autem quę trāſmutātur in ſubſtātiis quędam habēt unā materiā comunē quemad
modū comunicant corpora ſimplicia in materia prima:& horū omnia habent hoc
ꝓpriū/ꝙ unūquodq; ipſorū poteſt trāſmutari ad ſuū cōtrariū/eo modo quo aliud
cōtrariū habet potentiā:ut trāſmutetur in hoc:ut aer exempli gratia: qui habet po
tentiā:ut tranſmutetur in aquā/eo modo quo in aqua eſt potentia:ut trāſmutetur
in aerem.Sunt & quędam alię res tranſmutabiles/quarum materię ſunt diuerſę ut
phlegmatis materia eſt unctuoſitas:& colere rubeę materia ſunt res amare. Pro/
prium autem huius generis eſt ꝙ de nullo horum duorum dicitur ꝙ ſit in potētia
ſuum oppoſitū quemadmodū dicitur de alio:ut pinguedo:eſt in potentia flegma:
ſed flegma nō eſt pinguedo in potentia:ita ꝙ trāſmutetur in materiā pinguedinis.
Similiter etiā uiuens eſt mortuū in potentia:ſed mortuū non eſt uiuū in potentia:
ita ꝙ tranſmutetur ad materiā uitę:& ideo nō fit quodlibet ex quocūq; cōtigerit:
ſed ex cōtrario proprio exiſtenti in materia cōuenienti. Hinc fit ꝙ res nō diſtinguū
tur ab inuicem per formas tantū.Sed etiā per materias. Neq; his duobus tantum
ſed per cauſas efficientes/& finales: Hinc apparet manifeſte ꝙ cū inueſtigare inten
dimus unāquāq; rerū naturaliū oportet nos perquirere de ipſis quattuor cauſis : &
ꝙ nō ſimus in hoc diminuti ita ꝙ contentemur cauſis remotis: imo nos conuenit
reddere cauſas propinquas. Iſtę ergo eſt ſermo de principio corporū ſenſibiliū per
ſuas differentias. Quo autem pacto diffinitiones habeant plures partes & tamen
diffinitū ſit unū. Hoc apparet ex eo/ꝙ indiuiduū nō eſt cōpoſitū ex materia & for
ma ita ꝙ unūquodq; ipſorum inueniatur in actu:quemadmodum ſit in rebus cō/
poſitis arte:imo ipſa materia inuenitur in cōpoſito in potētia:& forma in actu: & di
cere/ꝙ inuenitur in indiuiduo in potentia:eſt aliud q̃ dicere/ꝙ eſt potentiale ad ali

quid tale:sed cũ dicimus ipsam inesse indiuiduo in potentia intelligimus/ꝙ sepabi
tur forma ab ea p corruptionẽ illius indiuidui : & sic inuenietur trãsmutati in actu:
postq̃ fuit in potẽtia:Et quia genera repñtãt materias:ideo sunt in potẽtia in ipso
diffinito:& ideo nõ repitur animalitas abstracta in actu:sed animalitas aliqua : ac si
dicas/habens differentiã.Et quãto magis elongantur genera a formis sensibilibus
tanto cõuenientius habebũt tale esse:uidelicet esse in potẽtia : ut ꝙ indiuiduũ ho/
minis sit corpus:& ideo nõ est opus ponere:in diffinitione nisi genus propinquum
tantũ:quia oĩa genera rei (si est ex habẽtibus plura genera) includũtur in eo in po
tẽtia:Sed si ponatur in diffinitione genus remotũ:& nõ propinquũ:tunc nõ cõtine
bitur propinquũ in ipso:quare huiuimodi diffinitiões erunt diminutę: Et huiusmo
di esse/quod repñtãt genera ẽ mediũ inter formã/q̃ est in actu : & materiã primã
quę nõ habet formã quę res ut diximus diuersimode se habet: quod quidẽ ita fuit:
propterea qa genera nihil aliud sunt q̃ repñtatio uel exemplar materierũ cõposi
tarũ q̃ sunt partim actus/partim potẽtia:& ideo genera habẽt diffinitiones/quem
admodũ & species:ut homo exẽpli gratia:cõstat rationalitate & animalitate:& ani
malitas ex sensu & nutritiõe:& sic donec pueniatur ad primũ genus/quo nihil pro
pinquius ipsi materię primę:& ppea huiusmodi genus non habet diffinitionẽ sicut
neq; ipsa forma ultima/nisi p modũ similitudinis:& manifestũ est ꝙ unum quodq;
horũ generũ dicit̃ uniuoce/qa id quod repñtat̃ p illud genus inuenitur in haben
te illud genus perfectius q̃ ea quę repñtantur per genera analoga : ut ens & res:
& ideo ipossibile est hęc genera esse nisi equiuoca:& harũ materierũ quas repñ/
tant genera/quędã sunt sensibiles sicut materię rerũ naturaliũ:& hę uerius nomi/
nantur materię:quędã uero sunt fictę intentionales:ut sunt materię rerũ mathema
ticarũ:Licet enim in harũ diffinitionibus/nõ appareant materię sensibiles.Habent
tamen qd simile materiebus:ut de circulo apparet cuius genus est figura in qua cir
cũdat una linea:& sic est possibile res mathematicas habere diffinitiones:& hinc ap
paret ꝙ mathematicalia nõ sunt sepata:Nã si triãgulus esset sepatus: figura quoq;
esset sepata:& sic linea etiã esset sepata:& si linea esset sepata : punctũ esset sepatu.
Hoc aũt declarabimus post hoc.Si ergo dantur aliquę res quę nõ habeãt materias
sensibiles:neq; intelligibiles/nõ erunt equidẽ cõpositę:neq; habebunt diffinitionẽ:
neq; esse in potẽtia:imo ipse sunt actus purus : & causa unitatis earũ nihil aliud ẽ q̃
sua essentia:& tandẽ quiditas in eis est ipsum esse hinc apparet error ponẽtiũ ydeas
cũ dicãt ipsas & sensibilia esse unũ quiditate & diffinitione:Sed quę partiũ diffinitl
sint priores diffinitiõe:& quiditate:& q̃ posteriores ipso.i.cuius partiũ diffiniti:diffini
tiones ingrediãtur diffinitionẽ diffiniti dico ꝙ sunt partes q̃ se tenẽt ex pte formę.i.
formę uniuersalis:q̃ est genus:& propriũ quod est differẽtia. Nã necessariũ est diffi
nitũ substẽtari diffinitionibus harũ rerũ:ut diffinitio hominis:exẽpli gratia ẽ animal
rationale:& sic diffinitio animalis rationalis:q̃ sunt partes hominis pcedunt ipsum:
uidelicet si rationalitas habeat diffinitionem:& similiter figura quę est pars circu/
li pręcedit ipsum. Sed partes rei q̃ se tenent ex parte quãtitatis existentis in indiui/
duo ratione materię:sunt quidẽ posteriores in diffinitione ipso diffinito:ut diffinitio
portionis circuli/quę est posterior diffinitione circuli. Similiter etiã diffinitio anguli
acuti est posterior diffinitione anguli recti : & diffinitiones manus & pedis hominis
sunt posteriores diffinitione hominis.Hinc apparet error dicentiũ corpora sensibi/
lia existere ex partibus indiuisibilibus/siue fuerint finite/siue nõ:& uidetur/ꝙ diffi/
nitionũ materierũ accidẽtaliũ proportio ad rem materialẽ/sit proportio diffinitio/

num partiū quę se tenet ex parte quātitatis:exempli causa:ęs:& lignū:& lapis quā/
doq; sunt materię triāguli:& circuli:& tandē eorū partes:& tamen horū diffinitiōes
nō pręcedunt trianguli. Materierū uero substantialiū diffinitiōes necessario pręce
dunt diffinitū:Diximus ergo quo pacto diffinitū sit unū:& diffinitio habeat plures
partes:& quarū diffinitionū partes diffinitorū pręcedant diffinitū:& quę non. Ma/
nifestum autem est/ꝙ qui dicunt uniuersalia hęc esse extra intellectum nō possunt
soluere hanc difficultatem:Nam apud eos oportet/ꝙ homo sit compositus ex plu
ribus rebus:imo contrariis inter se.Similiter etiā nō possunt ipsi distinguere:& dice
re quare quędam partes diffinitionū pręcedant diffinita:& quędam alię sint poste/
riores:Illud quoq; quod sūmopere perquisierūt antiqui.s.causam colligationis ani/
mę & corporis:& tandem materię & formę ostendetur ex hoc.uidelicet:quia nulla
maior ratio est/q̄ conuenientia/quę est inter potentiā/& actum.Causa autem effi/
ciens ob quā potentia efficiatur actus est mouens:& ideo,quicquid nō habet ęlemē
tum nō habet cōpositionē istam : neq; ullum habet mouens. Restat modo inuesti
gare quęsitū quod policiti fuimus perquirere : uidelicet cōtemplari quod nam ge/
nus sit cōius in ipsa substātia de quo cōsuetū fuit dicere esse corpus:siue corporeū.
¶ Et dicamus/ꝙ quidā dixerunt/ꝙ id quod primo inest materię primę non infor
matę:sunt tres dimēsiones:& ꝙ ipsę sunt principiū rei/qua informatur materia pri
ma:& putant/ꝙ nomen corporis primo cōpetit huic rei/quia substātię significātur
in abstracto/quū nō sint in subiecto: & hoc est dictū Porphirii/qui putauit hāc fuis
se antiquoq; sententia (ut Platonis/& aliorū. Dixit sed disceptauerūt inter se/quia
quidā eorū:ponūt materiā primā/nō esse informatā per se. Aliqui uero alii dicunt:
esse informatā/per dimensiones tres:& isti sunt habitantes in tentoriis: Nōnulli tū
homines putant ipsas tres dimensiones/insequi formā simplicē : repertā in materia
prima & ꝙ per hanc formā/debet recipere corpus diuisionē:& cōtinuationē:& pu/
tant : ipsam esse unā/comunē omnibus rebus sensibilibus/quemadmodū materia
prima:& uidetur/ꝙ Auicēna sit huius opinionis:ponit tamen corporeū magis indi
care hoc/cū sit denominatiuū (siue cōcretū) & cōcretū plus significat accidētia.
¶ Et dicamus ꝙ secūdū illos q tenēt primū dictū : & sunt illi qui putāt dimensio/
nes esse principiu rei/qua sublētatur materia : sequet de necessitate ꝙ dimensiōes
erunt substantię cum sint primū/quo consistit materia prima:& notificent de indi/
uiduo substantię quid est.Manifestū tamen est ꝙ dimensiones : inquantum dimen
siones sunt remotę ab hoc/ꝙ notificent de induiduo substantię quid est: quia indi
uidua substantię (ut in scientia naturali fuit ostensum) sunt duplicia.s.uel habētia
formas simplices quę sunt formę quattuor ęlemētorum:uel habentia formas com/
positas:& hęcitterum duplicia quia uel talia compositа/erunt ex genere simpliciū:
sicut formę corporum similarium partium:uel erunt animata:Videntur autem di/
mensiones esse posteriores pręedicatione quolibet horum generum: imo ipsa acci/
piuntur in diffinitionibus dimensionū eo modo quo accipiūtur subiecta in diffini/
tionibus accidentium & hoc est manifestum illi qui exercitatus est in arte logicali:
Neq; potest immaginari/ꝙ primum/quod ponitur in materia prima/sint dimen/
siones : & cum hoc sint accidentia in actu : quia accidentia in actu/ indigent sub/
iecto/contra id quo indiget forma : Quoniam accidentia indigent subiecto ha/
benti formam in actu : sed forma indiget subiecto non ex eo ꝙ sit in actu : & pro/
pter ea indiuiduum existit per formam & non per ipsum accidens : Tandem diffe
rentia quę est inter habitudinem formę ad subiectum & habitudinem accidētis: est

de se manifesta apud prouectũ in his rebus. Sed dimẽsiones q̄ adueniũt primo materię: Sunt eadem in potentia: comunia omnibus corporibus: Sunt tamen dimẽsiones in potentia quia non sunt terminatę/per terminos quibus corpora terminãtur ante aduentũ formę ad ea: Et cũ peruenerint formę ad ipsa tũc efficiũtur terminatę in actu iuxta quantitatẽ propriã illis formis: quia formę generabiles & corruptibiles/hãbent quãtitatẽ terminatã ex materia prima/a quibus tñ dimẽsionibus non denudatur materia prima: Suscipiũt tamen excessum & defectũ per generationem & corruptionem: & istę tres dimẽsiones/quę sunt in materia prima secũdum istum modum essendi/sunt illę de quibus antiqui cõueniunt/ꝙ sunt illę tres/quę primo adueniunt materię primę: & ipsa forma uero per istas tres dimẽsiones. Impossibile autem est ꝙ tales dimẽsiões/sint substãtia/nam si essent substãtia: tũc quãdo exirẽt ad actum recipiendo terminos suos essent substãtia nõ quãtitas/quod est falsum. In scientia tandem naturali/fuit iam declarata falsitas ponentiũ materiã primã esse informatã per se: & ꝙ dimẽsiones sunt eius forma: nam si res ita se haberet (ut imaginati sunt ipsi) tũc corporeitas esset una & eadem in indiuiduo permanẽs formis generatorũ: & causa erroris eorũ fuit/quia uiderunt corporeitatẽ permanere in genere: & imaginati sunt ipsam esse incorruptibilem: aut permanẽtem ex eo ꝙ est accidẽs cum putent ipsam esse substantiam: & iuxta hanc opinionem: non oportebit materiã primã habere formã/per dimẽsiones: imo per multa accidentia insepabilia a materia prima quę sunt comunia corporibus simplicibus.

❡ Secũda uero opinio si intendit ꝙ datur forma simplex in actu pręter formã corporũ simpliciũ/quę est leuitas & grauitas: & tãdem ipsa inclinatio: ut ex uerbis Auicẽne potest hoc colligi: & ꝙ cõiunctio huius formę cũ materia prima est illa substãtia cui accidit corporeitas i. cui accidũt illę tres dimẽsiones/quod significatur p nomen corporis (siue corporei) cũ nomen concretũ: ut dixit: prius significet illud: est equidẽ falsa: sequeretur nãq ex hoc/ꝙ generatio ęlementorũ esset alteratio. Sed si intendit per hoc ipsam naturã inclinatiõis/aduenlẽtis materię primę quę est ueluti genus ipsis formis ęlemẽtorũ: tũc dictũ est uerũ. Ita medii amẽt: & secũdũ hoc dicetur: ꝙ corpus: aut corporeũ est comunius genus/quod reperiatᷓ in indiuiduis substãtię: & sic inerit compositis sicut insunt genera speciebus (.i. quoddam esse) medios inter actum & potentiã. Sed corporeitas/qua cõmunicant corpora simplicia/non est forma inclinationis/ex eo ꝙ acciderũt sibi dimensiones: etenim dimẽsiones quibus comunicãt corpora simplicia sunt eedem numero eo modo: quo diximus ipsas primo inesse materię: Neq sunt corpus aliter genus neq accipiũtur in diffinitione uice formę uniuersalis: & ideo corpus positũ uice ęlementi nominis habet aliud intellectũ q̄ corpus positũ uice formę uniuersalis: Fuit aũt iam alibi dictum/quę nam sit differentia inter corpus & ęlemẽtum: Et quia propriũ materię cęlestiũ corporũ: est ꝙ nõ insunt ei dimẽsiones ęlementales. i. comunes/quę exeunt de potentia ad actũ adueniente sibi forma cũ sint ęterna. Ideo manifeste apparet ꝙ cũ dicimus corpus: aut corporeũ de substãtia cęlesti: & de corporibus mobilibus motu recto/ꝙ illud dicitur equiuoce: Nã natura inclinationis est ualde diuersa in eis cũ inclinatio q̄ est in simplicibus. Sit inuẽtio formarũ cõtrariarũ in materia prima p inuentionẽ dimẽsionũ comuniũ: ideo & formę eorũ sunt diuisibiles/ad diuisionẽ materię. Sed inclinatio in corpore cęlesti est inuentio formę nõ cõtrarię in materia & indiuisibilis p dimẽsiones neq de eius natura est scilicet corporis cęlestis denudari a sua forma: neq habet talem possibilitatem: Neq ita existit in materia: ut diuidatur ad eius

diuisionem: quemadmodum in scientia naturali fuit declaratum. Omnibus ergo his sic stantibus: ut diximus: uidetur q corpus de quo cõtemplatur mathematicus est aliud a naturali: quoniam mathematicus considerat dimensiones abstractas a materia. Naturalis uero corpus compositum ex materia & forma: ex eo q accidũt sibi dimensiones: & de ipsis dimensionibus tractat, inquãtum sunt in tali corpore: iuxta id de quo solent speculari istę duę scientię in eo, quo comunicant (ut in libro posteriorum fuit declaratum: & hic explentur quęsita huius libri: & continet ex libris attributis Aristoteli, id quod in septimo & octauo ipsius habetur.

¶ Secundus Tractatus finit.

¶ TRACTATVS TERTIVS METHAPHISICAE AVERROYS.

T Postq̃ locuti sumus particulatim de speciebus entis sensibilis: & de principiis earum: quibus sunt sensibiles: & notificauimus qualis sit earum habitudo inter se inuicem, quo ad esse, consentaneũ est nũc sermonẽ habere de rebus quę se habent ueluti consequentia earum: & licet nõ lateat nos q consideratio de uno: & de suis speciebus (q̃uis ponatur in hac parte a nobis) pertinet tamen ad primam partem: Cum ipsum unum accipiatur in hac arte (ut transcendens ad ens. Quia tamen uni opponitur multitudo: & ipsam multitudinem insequuntur aliqua consequentia ideo habet ingressum in hac parte quoquomodo: & ideo posuimus hic considerationem de ipso cum inuestigatione de eius consequẽtibus: & iam fecit hoc Aristoteles in libro decimo: uidelicet q singulatim inquisiuit de ipso: & de suis consequẽtibus.

¶ Incipiamus ergo tractare de potẽtia & actu: & notificabimus qd ẽ uera potẽtia.

¶ Et dicamus q nomen potentię, multifariã dicitur: ut in pręcedentibus distinximus, id autem de quo nomen potentię dicitur equiuoce dignum est animaduerti: ut cum dicimus talem lineam esse in potentia ad talem lineam. Illa uero quę non sunt mere equiuoca: sed sunt analoga ad unum principiũ: debent hic quoq: cõsiderari. Is enim modus quo plures res sunt subiecta huius scientię: ut iam diximus in p̃teritis: & una ex rebus de quibus significat ipsa potentia (iuxta hunc modum) Est duplex. s. ipsę potentię actiuę quę quidem agunt in aliud inquãtum sunt potentię agentes in aliud: & si accidat huiuscemodi potentias agere in se ipsas: illud est per accidens: ut accidit medico sanare se ipsum: sed in natura & potentiis naturalibus: res opposito modo se habet. s. q ipsorũ operatio est in se. Secũdo modo sunt potẽtię passiuę: & sunt illę quę pati solent ab alio inquãtum est aliud nõ q res patiatur a se ipsa sicut natura sed q nullam potentiã passibilem a se ipsa: sed ab alio inquãtum est aliud: & extra substantiã suam cũ passum nõ possit pati a se ipso sed ab alio ĩquãtum est aliud & extra ipsum. Cum autem dicimus passum nõ habere potẽtiã q patiatur a se ipso significat inter genera priuatiõis. s. naturalis priuatio q̃ est ablatio rei ab eo quod solet inueniri in alio nõ illa priuatio necessaria q̃ est ablatio rei ab eo in quo solet inueniri: & nos iã diuisimus quot modis dicit priuatio: in his q̃ dicta sunt.

¶ Potest autem aliquis querere, cur aliquę potẽtię quę sunt aptę natę pati ab aliis

quādoq; patiātur a se ipsis:ut sanitas quę prouenit a medicina:& a se ipsa:in quibus dam uero hoc est impossibile:ut domus quę nō fit nisi ex arte ipsius ędificatoris.

¶ Huius autem causa est/quia esse sanitatis perficitur per artem & naturam: hinc est ꝙ officium harū artium est tātum operari:& postea expectare aduentum finis a mouente:quod nō mouet per electionem. In ędibus uero: & sibi similibus quicqd inouatur est ab arte:& reuertitur ad electionem:& quia harum potētiarū agentiū: quędam sunt in animatis: quędam uero in inanimatis: Aliquę ergo earum agunt per naturam: & aliquę alię per desideriū & electionem:& harum adhuc/ quędam habent intellectum:quędam uero nō:& quę nō habēt intellectum: neq; desideriū propriū est sibi operari per se:unū cōtrariorū tātum ut calor calefacere & frigus in/frigidare: Neq; habent potētiam nisi ad unum ipsorum tātum:cum autem dico nō habere potentiam:intelligo priuationem quę est ablatio rei ab eo quod est aptum natum:ut repertatur in alio. Illud uero quod operatur per appetitū & electionem: habet potentiā ad faciēdū quodcūq; ipsorū uoluerit:& ideo in artibus factiuis opa tiuis cognitio cōtrariorū est una & eadē notitia:ut ars medicinalis:exēpli gratia. q̄ habet notitiam de sanitate:& egritudine. Attamen sciētia unius cōtrarioꝝ est eius intentum per se. Alterius uero est per quēdam modum accidentis:quoniam nō est intentū harū artium:facere duo contraria:ut ars medicinę:exempli gratia. quę quidem nō discit egritudinem:ut faciat ipsam. Discit tamen sanitatem ut eam agat & custodiat: Est quoq; propriū potentiarū naturaliū: ut cum obuiāt suis passibilibus de necessitate agant:ut cum ignis obuiat ligno comburit ipsum procul dubio. Sed in rebus quę desiderio & electione operātur nō oportet:ut omnino operētur quando obuiant suis passibilibus. Nam si ita esset:tūc agerēt duo cōtraria simul cum ex natura sua habeāt facere utrūq;:uel prohibebūtur & nihil facient omnino. Hinc apparet ꝙ id quod inducit/ siue cogit:actum unius cōtrariorū ē una uirtus quę appellatur desiderium & uolūtas uel electio:quando coniūgitur illi potentię: uirtus co/pulatiua alia littera. Concordia: ut in libro de anima fuit declaratum: Cum ergo hęc fuerint genera potentiarum actiuarum: & passiuarum. Manifeste igitur paret ꝙ bonitas actionis: & passionis & utriusq; malitia insequuntur hęc duo: quoniam id quod est bone actionis & passionis erit agens:& passum: sed hoc non conuerti/tur:adeo ꝙ id quod est agens & passum sit bonę actionis & passionis: & postq̄ est declaratum quid est illa potentia/quę dicitur de mouētibus & mobilibus: loqua/mur nūc de eo de quo dicitur nomen potētię secūdum prius:& est illud quod significatur per hoc ꝙ dicimus possibile. Hoc autem non cognoscitur ab aliis rebus de quibus dicitur nomen potentię:nisi per diffinitionē actus:quoniam actus et potē/tia licet sint opposita: Sunt tamen ex relatiuis:unūquodq; autem correlatiuorum: cōcipitur per comparationē ad suum correlatiuū. Non enim debemus omniū re/rum querere diffinitionem secūdum eūdem modū:cum nō omnia habeant genera & differētias:imo quędam diffiniūtur per sua opposita: quedam alia p sua passa: Nōnulla uero:per suā actionem & passionem: & tādē per ea quę insequūtur ipsa. Circulatio uero/quam ponit Auicēna sequi diffinitionē harum rerū/nihil est:quia de natura correlatiuorum est:ut de necessitate capiatur unum/in alterius formatione: Neq; quando accipitur unum correlatiuorum/in formatione alterius: uidetur unum eorum pręcedere aliud eo modo quo uidētur causę rei in sua formatiōe:quia nullum correlatiuorum est causa alterius. Vtraq; enim sunt simul: & ideo in con/ceptu siue formatione unius eorum applicatur cōceptus siue aprehensio alterius.

sed bene sequeretur dictum Auicēne:si unūquodq; ipsorū inueniretur in conceptu alterius:in quātum esset prius secūdum esse:notiusq; secūdum aprehensionem (siue formationem) & sic oporteret/rem ipsam inueniri in sui ipsius cōceptu:sed non est ita:imo utraq; ipsorū sunt simul secundum esse:& notitiā:cuius rei causa est quia huiusmodi prędicamētum:est quid fabricatū ab anima i ipsis entibus:& si nō esset anima:nō esset relatio:sicut si nō esset anima nō esset proportio (siue comparatio) & quādo in huiuscemodi comparatione cōcipitur. Vnū subiectorū eius:oportet necessario illam rem concipi per cōceptum alterius subiecti: cum habeat existentiam per illa duo subiecta. his sic uerificatis sequitur φ actus est quādo res existit non eo modo quo dicitur φ est in potētia:& ista priuatio intelligitur dupliciter:uno modo ut est ablatio rei ab eo quod est aptum natum reperiri in eo in alio tēpore:et iam habuit illam rem:& hoc fit in rebus quę quādoq; sunt potentia quādoq; actus. Secundo modo est ablatio rei:ab eo quod est aptum natum reperiri in alio:& secūdum talem priuationem/comprehēditur actus:in rebus ęternis: & potentia est aptitudo: quę est in re & possibilitas existens in ea:ut inueniatur in actu:& hoc quod dicimus de potentia:nō est sicut illud quod dicimus infinitum esse in potentia: ut dicitur de motu φ est infinitus in potētia:& de tempore:quia infinitum nō exit ad actum ex eo φ est infinitū:donec auferatur ab eo potētia: Sed res ita se habet.s.φ eius actus: est cōiunctus cum potentia semper:& hoc iam fuit declaratū in libro phisicorū. Nā multa declarātur in illo libro:quę in hac scientia sunt propositiones: & si ita est: & fuerit iam propalatū quid potentia quidq; actus: uidetur ergo/φ utrūq; ipsorum: reperitur prius in substantia:& secūdo in reliquis prędicamētis:quę sunt quantitas: qualitas:relatio:ubi:quādo:habere:agere:pati:siue huiusmodi passio rei sit i se ipsa: ut in rebus naturalibus:siue extra:ut in potentiis ꝑnominatis. Similiter etiam intelligitur quādo agit quodcūq; agens in se:uel in aliud:nam potētia:quę est in sanguine mēstruo ad hoc:ut fiat ex eo homo/est prior potentia eius ad hoc: ut sciat grāmaticam. Quoniam aptitudo propinqua ad recipiēdam grāmaticam est postq̄ iā peruenerit forma hominis:& iam fuerūt aliqui homines temporibus preteritis ante hanc nostram tempestatem: qui negabāt possibilitatem pręcedentem rem possibilem:& ponebant possibile:cum ipso actu: quare cum tollerent penitus naturā possibilis sequitur secūdum ipsos φ possibile sit necessariū:& necessarium possibile. Homines tamen huius nostre ętatis:ponebant possibilitatem propter actum. Nos autem narrabimus falsitates sequētes positionem illorū quādo faciemus tractatū de principiis artiū particulariū. Hoc.n.est unum ex magnis principiis artium speculatiuarū:& unus error in eis est causa multorū errorum:& tandem est potissima causa/quę inducet nos ad errandū:& isti cōtemporanei nostri negant hominē habere uolūtatem:& posse:& secūdum hanc opinionem tollet scientia practica:& tollentur etiā uoluntates & electiones:& omnes artes factiuę:sed isti homines:ut sepissime diximus:si proferunt hęc nō id faciunt propterea φ contemplatio duxerit eos ad illud: Sed ut per ea uerificentur res:quas intēdūt primo uerificate & decreuerāt in mēte sua:& quęrūt falsificate siue destruere id quod est sibi oppositū:& cōfirmare quod sibi opitulatur:& iā egressi sumus:unde eramus. Reuertamur ergo:& dicamus φ cū iā propalatū fuerit:qd sit potētia & actus:dicamus nūc:qn̄ ē unū quodq; particulariū in potētia: & qn̄ nō:cū nō quodcūq; acciderit sit i potentia/ad quodcūq;. Manifestū aūt est φ potētiarū/quędā sunt ꝓpinquę:quędā uero remotę. Subiecta ergo quędā erūt ꝓpinqua:& q̄dā alia remota. Potētię uero remotę nō exeūt

ad actum/nisi postq̄ ꝑuenerint propinque adueniēte subiecto ultimo. Cū dicimus ergo/ꝙ aliquid est in aliquo/in potentia:& illa potētia est remota: tūc illud dicitur largo modo:ut si dicamus hominē esse in frumēto:imo remotius in ęlementis:Sed homo profecto/est ī sanguine mēstruo & spmatę:& hęc est potētia propinqua:quā do est in subiecto ultimo propinquo:Neq̄ huiuscemodi potentia aduenit huic sub iecto/quomodocūq̄ acciderit:sed eo modo quo possit exire ad actū:ut si dicamus geniturā esse hominē in potētia q̄ scilicet est proiecta ī Vulua/quā nō offendit aer extrinsecus/ita ꝙ refrigeretur & alteretur: & simili modo de aptitudine artificiali. Non.n.quilibet eger est sanus in potētia/nisi fuerit in tali dispositiōe/ꝙ eius sanitas sit possibilis. Necessario igitur potētia propinqua/indiget qualibet harū duarū rerū: & tūc inuenietur/uidelicet esse ipsius subiecti propinqui: & illa dispositione qua est potentialis:in aduentu nāq̄/harū duarū rerum: & perfectione causarū efficientiū: & remotione impedientiū. Res de necessitate exit ad actū. Propriū aūt huius potē tię propinquę/est ꝙ extrahens ipsam ad actū:atq̄ mouens:semper est eiusdem spe ciei:& idem mouens numero:& pręcipue in rebus naturalibus:ut potentia q̄ est in sanguine exēpli gratia:ad hoc ut cōuertatur in carnem extrahitur ad actū: ab uno tantū mouente:quod est ipsa uirtus nutritiua mēbrorū:sed potentia existens in pa ne:ut fiat ex eo caro:īdiget prorsus pluribus mouētibus q̄ uno:ut ore & stomacho & hepate:& uenis & remotior potentia hac est quę existit in ęlemētis ad hoc:ut cō uertantur in carnē:quia cū hoc indigent adhuc/corporibus cęlestibus: Multa nāq̄ nutrimēta indigent adhuc (cū mouētibus naturalibus). Mouētibus artificialibus pluribus q̄ uno:ut panis/q pluribus q̄ una arte indiget:Et quādoq̄ ꝑcipitur subie/ ctū propinquū alicuius rei in quo est potētia ad illam remata ꝙ appelletur genera tum ex eo nomine denominatiuo/ab ipso/nō per idēmet nomen:ut gręcorū con/ suetudo aboleuit: ipsi nāq̄ nō dicunt Arcam esse lignū:sed ligneā. Est aūt lignū. Arca in potentia propinqua:a subiecto uero remoto nō denominant nomen rei: neq̄ dicūt arcā esse terreā:aut aqueam:sed aphensio subiecti propinqui tali modo notificationis:& doctrinę cadit hac nostra tempestate:huiusmodi nāq̄ significatio/ nes nō repliuntur in lingua nostra:sed in accidētibus & differētiis bene apparet hoc in lingua haraba:Nam nō dicerēt ipsi aliqua animalia esse intellectū sed intellecti/ ua:Hinc ostenditur/ꝙ forma est aliud a subiecto similiter etiā non dicerent corpus esse albedinē:sed album: pręedicant tamen genera de speciebus q̄ significant ipsam per nomina in abstracto & dicūt homo est animalitas & arca est lignū & si ita est. ¶ ꝙ particularia constent:ex aliquo in potētia:& aliquo in actu: & ꝙ potentię pluriū rerū:sunt plures q̄ una. Sequitur ergo ꝙ habēt plura subiecta q̄ unū: & qa subiecta habent esse/ex eo ꝙ sunt in actu. In una ergo re erūt plures actus q̄ unus: sed quia impossibile ē ꝙ res procedat in utroq̄ extremorū/in infinitū:ut post hoc ostēdetur: & in scientia naturali fuit propalatū. Manifeste igitur patet/ꝙ ultimū subiectū est in pura potentia:& est causa ut alia subiecta acquirāt potētiā:ita nāq̄ se habent ea: quę secūdum prius & posterius dicūtur cum illa re ad quam referūtur. Sic etiā ulti mus actus in unoquoq̄ ente est causa ut inueniātur in eo plures actus q̄ unus: & ideo illud quod est inter hęc duo extrema:nō dicimus esse purā potentiā:neq̄ pu/ rū actum. Materia nāq̄ prima exēpli gratia:est ultima causa ad hoc ꝙ alia subiecta hominis/sint in potentia ad ipsum:ut potentia q̄ est in ęlementis ad ipsum:mox in frumento:deinde in sanguine. Postea uero in carne;demū in unaquaq̄ partiū ani/ mę:& pari modo actus ultimus:cuiusq̄ entis:est causa ut reliqua q̄ in ipso repiūtur

sint in actu

sint in actu:exempli causa:rationalitas quę est una ex causis/ob quā inuenitur ani/
malitas:nam nō reperitur animalitas simpliciter (siue absolute) sed quędā anima/
litas:& sic etiā animalitas est una causarū ipsius nutribilis/cū nō inueniatur nutribi
le/absolute:sed aliquod nutribile/tandem inuenietur inter oēs has duas operationes
quędā proportio formę simplicis ad materiā primam:& quemadmodū materia nō
inuenitur/nisi cum forma/nā si sine forma reperiretur:tūc id quod nō esset:eēt: & sic
se habebunt/quelibet duę actiones/inter quas reperiet̄ talis proportio:Hinc appa
ret q potētia est quoddā cōsequēs/ipsius materię/eiusq umbra/licet dicat̄ secūdū
prius & posterius:itidē & actus est cōsequēs formę:& umbra insequēs ipsam licet di
catur secūdum prius & posterius:& cū fuerit declaratū/q datur forma existens in
puro actu/absq admixtiōe alicuius potētię in ipsa. Manifestū igitur est/q ipsa erit
causa ob quā sint res in quarū operatione admiscetur potētia/qualiscūq fuerit illa:ui
delicet siue sit potētia trāsmutatiōis in substātia/uel in aliis trāsmutationibus & hu
ius rei causa est/quia actus in huiusmodi rebus/reperitur secūdū quādā dispositio
nē & nomē simpliciter id nāq/quod in aliquo inuenitur genere absoluto: Est cau
sa ut in eo reperiatur aliquid secūdū dispositionē aliquam:& sepissime diximus:nam
ignis exēpli cā:dicitur simpliciter calidus:& est causa ut caliditas inueniatur in quoli
bet ente. Huiuscemodi aūt propositio frequētissime affertur i hac sciētia:& est unū
magnū principiū:ex principiis per se notis. De forma quidē par est ita etiā nos tra/
ctare:& exercere:ut habeatur de ea ueritas:& ideo in ea elaborauit Aristo.i.q po/
suit ipsam tanq̄ suppositū in primo libro huius operis:Et postq̄ ostensum fuit quid
sit potentia:& actus:& quādo est quodlibet singularum in potētia:& quādo nō: &
fuit quoq declaratū/qualis sit proportio potētiarū ad se inuicē:& proportio actus:
cōsentaneū est inuestigare de ipsis quod nā istorū precedat aliud: uidelicet utrū po
tentia precedat actum:aut actus potentiam.

¶ Nos autē iam in p̄cedētibus diximus/q ipsum prius/dicitur multis modis pri/
mo:prius tēpore:secūdo uero prius causa. De his igit̄ duobus de quibus dicit̄ ipm
prius est hic sermo principaliter:quādo de potentia & actu tractatur.

¶ Et dicamus q plures antiquorū ante Arist.imo omnes fuerunt opinati/q potē
tia p̄cedit actū/tēpore/& causa: & ideo aliqui posuerūt imixtionē illā (siue chaos
& athomos:aliqui alii motū inordinatū:& fuerūt ad id ducti:quia de principiis/non
perceperūt nisi primū principiū materiale:& uidetur uerisimile/q cum ipsi uiderēt
potētias rerū particulariū p̄cedere utroq modo .s. tēpore & causa iudicarūt idem:
iudicio uniuersali:de partibus uniuersi:sed si recte res considererut:& inquātū talia
sunt naturalia apparebit manifeste q actus p̄cedit potentiam illis duobus modis:
quoniam in sciētia naturali fuit iam ostēsum q omne quod trāsmutatur / ab aliquo
trāsmutatur;& hoc in quattuor speciebus trāsmutationū: Nā ipsa potētia nō uide/
tur esse sufficiens exire ad actū de se:quod quidē patet in tribus trāsmutationibus
uidelicet quę in substātia:& in quātitate & qualitate: nā in his mouens & agens est
extra:sed de trāsmutatione locali extat ambiguitas:De hoc tamen iā satis inotuit ī
octauo & septimo phisicorū:& hoc est quod rectius uidetur dici.s.q actus precedit
potentiā causa & tēpore:Ex ipsis quoq potētiis particularibus/id ostendi uidetur:
Nam licet ipse potentię precedāt actū tēpore: Sunt tamē posteriores causa cū ipse
actus sit pfectio potētię gratia cuius talis potētia habet esse:& est causa finalis eius:
Perfectiones aūt nō possunt procedere in infinitū (ut post hoc ostēdetur) Actus
ergo est prior potētia eo quia est causa efficiens & finalis.Finis aūt est causa causarū

cum alię replantur gratia ipsius: hęc quidē precessio est quę debet cōsiderari: Nam prioritas tēporalis siue fuerit in potētia: siue in actu/ inest ipsi priori/ per accidens. i. ꝙ si causę rei ꝓcedunt ipsam rem tēpore illud est quid accidens/ rebus particularibus generabilibus & corruptibilibus nā si ꝑ se inesset ipsis causis efficiētibus tūc nulla daretur penitus causa ęterna: & si nō daretur ęternū: neq; etiā generabile & corruptibile/ inueniretur de necessitate: ut in sciētia naturali declaratū fuit. Item est manifestū ꝙ causę dant ꝑ se & primo essentiā causati. Si.n. hoc esset sibi necessariū: uidelicet ꝓcedere tēpore ipsum causatū hoc nō appateret i eis: ut putāt plures loquentiū: imo ex huiusmodi positione sequentur illę falsitates quas narrauimus. s. ꝙ nihil generaretur: & ꝓcertim ex ipso ęterno: nā si concederemus hoc/ ita se habere/ tunc causę possent in ifinitū procedere: & nō daretur aliqua prima causa: & si nō daretur primū: neq; ultimū daretur. Posito igitur ꝙ causę totius uniuersi ꝓcedant ipm uniuersum tēpore quemadmodū ꝓcedunt causę partiū uniuersi generabiliū & corruptibiliū: ipsa necessario sequeretur ꝙ iste mūdus esset una partiū alterius seculi: & sic fieret processus in ifinitū: uel ꝙ ponamus hūc mundū esse corruptibilē secūdū partem nō secūdum totū: & ideo sequētur iste falsitates: & multę alię ipsos ponētes huiusmodi positionē: quod totū ideo sequitur ipsos: quia putant actum omnino ꝓcedere tēpore. Et ideo quādo interrogātur/ quomodo fiat prioritas actus ad ipsum tēpus mouent caput/ quia si ipsi dicerent sine tēpore tūc iā cōcederēt inueniri aliqđ agens nō ꝓcedere suū passum tēpore. Si autem dicerent cū tēpore/ tunc reuertitur questio aduersus ipsos de huiusmodi tēpore: uel dicerent ꝙ tēpus est per se stans: et ꝙ nō est causatum: et hoc nō dicerent. Totum autē hoc plus conuenit tertię parti huius sciētię. Reuertamur ergo nunc ad id unde digressi fuimus.

¶ Et dicamus ꝙ adhuc apparet potentiam non ꝓcedere tempore actum ratione ipsius potentię: uidelicet quia ipa potentia nō potest denudari ab actu: ut de materia prima ostensum fuit. Item quia in multis rebus inuenitur potētia ad aliquas alias res/ ex eo ꝙ habēt aliquē actum illius rei. ad quā sunt i potētia: (ut discipulus) exempli gratia q est i potētia sciens. nam deueniet ad ultimum gradum ꝓpea quia habet aliquā scientiam: Aliter enim sequeretur error Menonis. narratus in primo libro posteriorꝝ. Ad hec cū res ęterne. in quibus. nulla admiscetur potētia: precedāt corruptibiles i quibus admiscetur potētia, seqtur manifeste ꝙ actus est prior potētia: ꝙ autē in rebus ęternis nō admisceaꝰ potētia simpliciter. i. quę fit in substantia/ Manifeste ostēsum est in libro de cęlo et mūdo: et similiter potētia ad nutritionē et augumētum et ad alterationem passibilē: De potētia uero i loco et trāsmutatione situali non fuit ostēsum esse impossibile imo fuit declaratū esse necessariū illud. uerū enī fuit ibi declaratū de ipsa potētia in loco ꝙ extat ibi actus precedēs. nullā omnino hñs potētiam: iste inq̄ est sermo de his rebus ꝑ declarationes ꝓprias: Multa.n. quesita huius sciencię: immo maior pars eorꝝ. declarata sunt cum supponitur ꝑ modum prohemii ad ipsa id quod declaratū est ibi in sciētia naturali: Et soluūtur dubia uniuersalia eorū ex hoc loco at possumus hic facere declarationē uniuersalem: & ideo.

¶ Dicamus ꝙ quicqd est in potētia ad aliquid siue illud fuerit mouēs siue mobile possibile est ipsum esse & nō esse: et cū hoc fit de natura possibilis & potētię: & dicimus aliquid esse necessariū/ cū non cessat esse neq; cessabit/ & est impossibile omnino ꝙ nō inueniatur: neq; habet potentiā ad hoc: Nullus nāq; arbitrabitur triangulū habere potentiā: ut eius anguli sint ęquales quattuor angulis rectis: Naturę igitur inter se maxime differunt: & qui dicit necessariū esse possibile/ dicit trāsmutationem

diuersitatem ueritatis: & infertur secundum hanc suam opinionem ꝙ non est necessarium: Si ergo ita est totum hoc ut diximus. Sequitur ꝙ actus de necessitate ꝑcedit potentiã secũdum omnes modos prioritatis. Dubitare tamen cõtingit hic. i. quo nã pacto res sempiternę sunt principia rerum corruptibiliũ: cum ea quę sunt in cõtinuo actu/necessario eoꝝ actio debet esse continua: Aliter. n. haberent esse in potẽtia: & sic/eorũ causata habebũt cõtinuũ esse: Nã reꝝ/q̃ quãdoq̧ sunt quãdoq̧ nõ sunt oportet necessario/ꝙ earũ motor: ita se habeat/uidelicet ꝙ moueat & nõ moueat. Soluitur tñ hoc dubiũ ꝑ id quod in sciẽtia naturali fuit declaratũ/de motu locali cõtinuo: uidelicet ꝙ huiusmodi eẽ/quod ipsę motus habet. Est ueluti mediũ iter puꝝ actũ: & res q̃ sunt partim actu/partim potẽtia: Assimilatur nãq̧ rebus existẽtibus ĩ actu/ꝑꝑ ęternitatẽ quã habet ꝑ se: & ꝙ nullã habet potẽtiã ad corruptionẽ: sed similatur rebus q̃ partim in actu partim in potẽtia repiũtur: ꝑꝑ uarietatẽ situũ/q̃ sibi accidit: & tãdem ratione motus localis: & animaduerte/quo pacto cura diuina est ingeniata/colligare illa duo esse unũ. s. cũ alio: & posuit inter puram potẽtiã & purũ actũ: huiuscemodi potentiã: uidelicet potentiã q̃ est in loco adeo ꝙ per hoc ꝑficitur colligãtia inter esse ęternũ & corruptibile/quaꝑꝑ nõ est timendũ hũc motũ/corrũpi aliquo tẽpore (aut quiesceret ut aliq̃ sunt opinati) quoniã eius motus uel motor: nullã habet potentiã ad hoc: & qui nõ posuerũt motũ cõtinuũ/nõ poterint reddere causam/quare deus gloriosus cũ sit sempiternus semp agat postq̃ non fuerit agens: sequit̃ nãq̧ de necessitate secũdum ipsos/ꝙ sit agens in potẽtia/anteq̃ operetur: & quicquid est in potentia/reducitur in actum/per mouens: tandem per agens prius ipso: cum exitus de potentia ad actũ sit quedã transmutatio: quelibet aũt trãsmutatio fit a trãsmutante: & hoc totũ patefiet tibi/si eris memor radicũ naturaliũ: Cũ ergo iam ostẽsum sit/ꝙ actus ꝑcedit potentiã causa contemplari decet: quod nam horum duorũ precedat aliud nobilitate & bonitate.

¶ Et dicamus ꝙ malũ de necessitate fit ꝑ priuationẽ: aut ꝑ unũ cõtrarioꝝ cui acciderit priuatio sui cõtrarii: ut egritudo quę quidẽ licet sit quoddã esse/nihilominus est malũ: ex eo ꝙ est priuatio sanitatis: & q̃a potentia est ad contraria simul: adeo ex hoc ꝙ est potẽtia nõ potest esse bonũ simplex sed mixtũ. Potẽtia quoq̧ dicitur bona uel mala in cõparatione ad actũ: Actus ergo est nobilior potẽtia de necessitate: & cũ potẽtia sit causa priuationis/q̃ est ipsum malũ: Sequitur ergo ꝙ res q̃ nõ hñt potentiã nullũ hñt malũ: cũ nõ habeant priuationẽ: neq̧ cõtrarium: & huiusmodi res sunt illę in q̃bus ipsum bonũ quod quidẽ est ipsa ueritas/undiq̧ ꝑdurat. i. ꝙ uerũ in eis nõ uariatur ita ꝙ in aliquo tẽpore euadat falsum: Quemadmodũ solet accidere rebus q̃ quãdoq̧ potẽtia/quãdoq̧ actu inueniũtur. Ambigere tñ cõtingit circa hoc: nã si ipsum uerũ ꝑseuerat inuenietur in rebus existentibus semp in actu: nulla ergo demõstratio fiet de rebus q̃ q̃nq̧ potẽtia q̃nq̧ actu inueniũtur: & si de his nõ erit demõstratio: nequaq̃ poterimus habere uiã/ad sciẽdũ esse entiũ & sic nulla erit demõstratio de rebus existẽtibus cõtinuo actu/cum scientia necessaria acquiratur per se ex rebus necessariis & nos ex his ascendimus ad scientiã earum.

¶ Et dicamus ꝙ oratio uera: necessario est: aut affirmatiua: aut negatiua: Affirmatio autem nihil aliud est q̃ compositio alicuius cũ aliquo: & negatio nihil aliud ẽ q̃ eorũdem diuisio: Et si dantur aliqua/quę non possunt componi tunc negatio est semper uera in eis: sed si dantur aliqua composita/quę uidelicet nõ possunt inueniri absq̧ tali compositione: tũc affirmatio est semper necessaria in eis. Si uero dentur aliqua in quibus sit possibile utrũq̧ simul/scilicet: ꝙ quãdoq̧ componuntur: et q̃nq̧

diuiduntur:tunc ueritas in his nõ semp pdurat. Manifestũ aũt est/ꝙ in hac re repiũtur hi duo modi: Ea aũt quę.n.qñq; cõponũtur quãdoq; diuidũtur sunt res particulares: Nam iste triãgulus singularis/quandoq; componetur:et habebit angulos equales duobus rectis:et quãdo diuidetur:et uerũ in eis/euadet falsum p se:et ideo dicitur/ꝙ oppositũ ueri in his dum uerificatur est falsum possibile: Ea uero quorũ cõpositio est cõtinua et diuisio cõtinua:sunt res uniuersales/ex eo ꝙ ad se inuicem comparantur:ex hac ergo parte inest necessitas rebus trãsmutabilibus:exẽpli gratia ꝙ anguli ęquales duobus rectis inquãtum sunt ęquales duobus rectis:semp inueniũtur compositi cũ triãgulo et triãgulus cũ figura:et similiter rationalitas: repitur de necessitate/cũ animalitate:et animalitas cũ nutritione : et nutritio cũ corpore: Sed anguli equales tribus rectis:semper inueniẽtur diuisi a triangulo:et eodem pacto rationalitas semper est diuisa ab Asino et equo:In his ergo nõ accidit falsum:nisi ex errore:uidelicet:ut opinetur id quod est cõpositũ/esse diuisum:aut diuisum cõpositũ:Inest aũt actus et perpetuitas his ex eo ꝙ sunt intelligibilia nõ ex eo ꝙ sunt. Aliter.n.uniuersalia essent separata:& hoc nõ cognouerũt ponẽtes ydeas: Sed si tribuitur eis istud esse extra intellectũ illud fit ex eo ꝙ habent potentiã ad hoc: nam si nõ haberẽt aptitudinem ad hoc:tũc id quod intelligeretur de eis esset inane:& ppterea uerũ dicitur de rebus/quę sunt extra intellectũ in actu cõtinuo:& de his secũdum prius & posterius:& quia illa sunt uera:ideo hęc sunt uera:ut est de proprietate rerũ quę dicũtur secũdum prius & posterius:& secũdum hunc modũ auferetur malũ quod est falsum a rebus sensibilibus & acquisierũt ipsum bonũ/quod est uerũ & postq̃ locuti fuimus de potentia & actu:& de eoꝝ cõsequẽtibus nunc loquemur de uno & multis:& de eorum consequentibus.

❡ Et dicamus ꝙ unum dicitur illis modis/quos narrauimus in predictis:& in summa reducũtur ad duo.s.ad unum numero: & unũ per aliquid uniuersale: & hoc ut iam dictũ fuit diuiditur i unũ specię & unũ genere & reliqua/quę antea enumerauimus:Similiter etiã unũ numero dicitur primo de cõtinuo:& postea secũdario & secũdum similitudinẽ/de cõiuncto:postea uero de composito: deinde de colligato: Nõnũq̃ tñ dicitur unũ numero de indiuiduo singulari:quod quidem nõ diuiditur: ex hoc ꝙ est indiuiduũ alicuius speciei:ut Sor.& Plato:quãdoq; uero dicitur de eo quod est indiuisibile quãtitate:& istud est illud unũ quod est principiũ numeri. Dicitur quoq; de indiuisibili qualitate & diffinitione hoc est diuidi multitudine & cõpositione:& his duobus maximę conuenit dicere unũ numero:Deniq; dicitur unũ numero de omni eo quod est de se distinctũ/& separatum ab alio:siue sensu:siue intellectu/siue p se. Manifestior aũt distinctio est sensitiua/& harũ est distinctio rerũ per sua loca:mox per cortices earũ. Distinctiones uero rationales sunt manifestę:& per hoc mensurãtur longitudines:& demũ quãtitas continua. At distinctiones rerum indiuidualiũ secũdum earũ essentias est quid remotum a sensu: & remotius adhuc est distinctio rerũ per suas quiditates intelligibiles:& est id de quo dicitur unũ forma:& quãdoq; dicitur unũ de aliquo uero simplici (uel cõi) & est ipsum primũ indiuisibile in unoquoq; genere:ut color albus inter colores & mensura citaristica in melodiis:& littera uocalis & nõ uocalis in dictionibus:ut unũ in quãtitate quod nõ diuiditur per ipsam: & quemadmodũ in omnibus his generibus est unum primo sic etiã est & numerus. Sed de numero qui est in quãtitate considerat mathematicus:Et hinc apparet ꝙ unum dicitur de decem predicamẽtis:& similiter numerus unũ uero quod est principiũ quãtitatis discrete nõ est illud unũ/quod (dicitur) se

eundē prius et posterius/de oībus generibus: Neq etiā ille numerus q est in quātitate est numerus q repit i uno quoq genere: ut post hoc uidebit: et diffinitio ipsius unius absoluti ē q est mēsura numeri: et q est indiuisibile aliquo modo diuidentū: et unū numero ē indiuiduū in itellectu et idiuisibile i quātitatē: et q ē synonimū ad nomē entis: Differūt tñ i modo tantū: nā cū capit qditas eius ex eo q ē indiuisibilis ē unū: Sed si sumit inquātum ē qditas tātum: tunc nūcupat essentia et ens: et si ergo totū hoc est ut diximus nescio quid sit illud unū quod est principiū numeri et quod esse habeat, nam cognito quid est principium numeri cognoscitur quiditas numeri cum numerus resultet ex eius iteratione.

¶ Et dicamus q unū numerale est illud indiuiduale/qd est in itellectu indiuisibile i quātitatē neq qlitatē/neq positionē. Addidimus aūt i diffinitiōe: neq positionē qa pūctū ē idiuisibile quātitate et qlitate: sed habet positionē: et hoc ē pticipiū numeri et nō ē numerus: et pp mēsurationē huius unius existētis i quātitate dicit qd cūq aliud unū queadmodū pp multitudinē numeralē: dicit multitudo d reliqs rebus (uel qa istud unū qd ē i quātitate: mēsurat numerū:) ideo mēsurat i unoquoq genere aliorū numerorū illius generis: q autem illud unū qd ē principiū numeri sit de his q sunt in subiecto est manifestū: et ideo dicit in diffinitione unitatis/q est id quo dicit de rebus q sunt unū: et q mathematicus abstrahat hoc a subiecto idiuiduali: et ɔsideret tm ipm/queadmodū abstrahit lineā et supficiē et corpus: Est et p se manifestū: et hęc ē differētia iter cōsiderationē pfessoris huius sciētię: et mathematicū: Nā huius sciētię pfessor/cōsiderat de ipso ex eo q ē unū quātitate/aut unū substātia. Mathematicus uero cōtēplatur de eo secundū/q est unū tantū abstractū a subiecto/queadmodū phisicus cōsiderat lineā et supficiē/ex eo q sunt extrema corporis phisici: sed mathematicus cōsiderat utrūq inquātum sunt linea et supficies tm: Vtrūq ergo.s.unū et multa/cōsiderātur a pfessore huius sciētię et a mathematico nisi q cōsideratio utriusq ipsorū de hoc ē secundū duos modos diuersos: queadmodū cōsiderāt uarię sciētię idē subiectū: et qa unū numero si accipiat iquātū est unū nō uidet idigere subiecto igredit pdicamētū quātitatis hoc tm modo et hęc ē una ex rebus ipsius idiuidui denudati a diuisione i quātitate et qualitate et situ ideo est principiū multitudinis numeralis: et multitudo numeralis subingredit etiā pdicamētū quātitatis: sed cū diuidit ad res/de qbus dicit p ipm/q sunt una absolute: tūc cōphendit oia decē pdicamēta: & sic pluralitas etiā erit ex cōsequētibus decē pdicamētorū: et hoc.s.si ponamus subiectū ipsius unius absoluti nihil aliud esse q decē pdicamēta.i.unitates i decē pdicamētis existētes: quas numerauimus/queadmodū linea quā ɔsiderat mathematicus nihil aliud ē q linea q est i corporibus. Si ergo ita est nō euadet qn subiectū ipsius unius absoluti sit uel aliqd cōe oibus decē prędicamētis: ut dicit Auic. uel q sit sinonimū ad nomē entis.i.q dicat secūdū prius & posterius nō q significet p ipm: aliqd accidens (ut opinatur Auicēna: uel q sit aliqd sepatū: ut imaginati sunt de natura unius. q plures antiquorū: q sit qdā res sepata: Aristo.tñ conabit destruere hāc opinionē in futurū. Illud uero qd dicit Auic. subiectū ipsius unitatis/esse qd additū predicamētis: & q semp significat hoc: & oio accidens cōe pdicamētis oibus: est falsum: nam si semp significaret illud: & oio res egredietes essentiā rerū de qbus dicit. Tūc nō daret unū p se neq in indiuiduo: neq in uniuersali.i.secūdū formā: & sic de oibus pdicamētis: & tūc unū erit accidens ipsis decē pdicamētis p hoc q ē qd aliud pter ipsa: Cōe tñ oibus ipsis: iste equidē sermo est de se manifeste falsus: & hoc apparebit ex his q modo dicā: uidelicet: q si unū

Et dicamus φ iam in illa scientia fuit declaratū:φ formę habent duplex esse:sensibile.uidelicet siue simile sensibiliu:& est illud esse/quod habēt ex eo φ sunt in materia:& esse itelligibile/quod quidē habēt ex eo φ sunt denudatę a materia:Si ergo dantur formę habebunt quidē esse/ex eo/φ nō sunt in materia erunt igitur de necessitate intelligentię sepatę.Nam formę inquantū formę nō habent tertiū esse:& postq̄ declaratū fuit φ huiuscemodi motores hn̄t esse inquātum sunt intelligentię: Cōsiderādū igit̄ ē a quo nā pacto moueāt corpora cęlestia:sed nullus restat modus nisi p modū imaginatiōis p itellectū:quā qdē seqtur desideriū:quēadmodū mouet forma desiderati ipm desiderās:Corpora igit̄ cęlestia hn̄t itellectū de necessitate cū sint ꝯphēsiua:& hęc ē demōstratio pp qd & qa: Et qm̄ motus fit cū desiderio ergo hn̄t de necessitate desideriū ratiōale:& nō hn̄t de ptibus animę nisi hāc partē tm̄: Nā ipossibile ē ipa hr̄e sensus:cū sensus sint iposit aialibus pp salutē eorū & pfectionē.Hęc aūt corpora sunt ęterna:Neq hn̄t etiā uirtutes fantasticas: ut imaginatus est Auic.qa potētię fantasticę nō possunt repiri sine sensibus:ut in sciētia de aia fuit declaratū:nā intentū ipsarū uirtutū phātasticarū ē:ut aial necessario moueat̄ a sensibilibus post eorū priuationē:& hoc etiā:ut plurimū fit pp saluationē & pfectionem: Adhuc si res ita se haberet i corporibus cęlestibus:ut ē opinatus Auic. uidelicet φ imaginētur situs sup quos pmutātur:tunc eorū motus nō esset unus:& cōtinuus:ut ueniāt unus post aliū ꝯtrariū.uidelicet rerū phātasiatarū & ꝯ id qd i eis ē:Habēt tn̄ situs quodā accidētis modo & i relatiōe unius ad aliū:nā declinatio quā habet motus solis ē qd ortū ex situ orbis eius/ad magnū orbē: Si ergo ē ipossibile hęc corpora hr̄e phātasiā:Minime quoq habebūt motus pticulares: Sed eorū motus ē unus cōtinuus/hoc modo quē dicā. uidelicet φ cū ipsa cōphendāt bonū/quorū pfectio

consistit in eius conceptione/desiderant assimilari sibi secundum perfectionem sic
uidelicet ꝙ perueniant ex eorũ esse ad nobiliorem rerum quę sunt sibi possibiles:&
quia melius est ꝙ moueãtur q̃ ꝙ quiescant/cũ motus sit quędã uita rebus naturali
bus ideo sunt in cõtinuo motu:& hoc nõ est ppea qa eorũ cõceptio sit gratia mo/
tus:nã si ita esset:tũc nobile esset pp minus nobile:sed quia motus prouenit ex illa
pfectione & insequit ipsam quęadmodũ insequit cõbustio formã ignis:& sicut quã
do nos puenimus ad ultimã pfectionẽ est melius nobis ꝙ influamus de illa pfectio
ne/aliis iuxta posse:Nõ ꝙ pfectio nostra sit pp aliud:ita res se habet de corporibus
celestibus cũ his q̃ sunt inferiora illis & hoc declarabimus post hoc.
¶ Ex his ergo dictis apparet quod nã esse habeãt isti motores:& quomodo sit mo
tio ipsorum:ex quo etiã ostẽdit ꝙ nõ sunt tantũ motores corporũ cęlestiũ:imo dant
eis formas suas qbus sunt id quod sunt:Nã si ipse tollãtur nequaq̃ repietur forma
corporũ circulariũ:quemadmodũ si tollat intellectus q ẽ in actu tũc nõ inerit no/
bis ultima pfectio & ideo sunt eorum agentia quoquomodo:cũ ipsum agens pstet
essentiã rei/siue fuerit talis actio cõtinua/siue itersecta.Melius tñ est ꝙ sit cõtinua:
quemadmodũ sunt aliquomodo formę ipsorũ: Nam formę corporũ cęlestiũ nihil
aliud sunt q̃ id quod intelligũt ex ipsis:& qa mouentur ab eis:ut diximus p modũ
desiderii ideo sunt fines eorũ.Hęc igit principia sunt huius sensibilis esse:ueluti for/
ma & agens & finis:& ideo hoc esse sensibile:nõ puenit ab eis/ita ꝙ sint pp ipsum:
imo illud est gratia ipsorum:ut declaratũ fuit ex hoc tractatu:Non restat ergo nisi ꝙ
ordo ille proueniat ab ipsis ex secũda intẽtione:& eo modo quo dicit ꝙ dator legis
cõfert nobilibus/nõ ꝙ ipse adipiscat pfectionẽ.Apparet ergo ꝙ entia sũt duplicia:
unũ uidelicet qđ fuit aptũ iseruire alii qđ ẽ eius finis:Aliud uero ẽ quod pficit aliqđ
aliud quod quidẽ ideo pficit ipm qa ẽ priceps nõ ppea ꝙ sit gratia eius:& hęc duo
genera inueniũtur in q̃stubus & artibus liberalibus uoluntariis: Et postq̃ fuit decla
ratũ quot modis ista separata sunt principia inter se inuicẽ:& quõ sunt principiũ sub/
stantię sensibilis:& qualiter cõparẽtur ad ipm:Cõsiderandũ ergo est quõ cõpantur
ista principia inter se inuicẽ:& utrũ habeãt eũdẽ gradũ essendi in uniuerso ita ꝙ mũ
dus habeat plusq̃ unũ principiũ:Verũ aliqua eorum sint causata ab aliqbus:& omnia
tandem desinant ad unũ principiũ quod est primũ in illo genere & pcedens oibus
illis:& reliqua sint principia p id quod acqrunt ex illo principio & si ita sit:quot mo
dis sint aliqua eorũ principiũ aliquorũ & ipm primũ sit principiũ oibus.
¶ Et dicamus ꝙ si ista principia cõsiderẽtur inuenientur precedere unũ aliud inter
se inuicem nobilitate: Nã motor qui mouet motu diurno est omnibus nobilior cũ
omnes moueantur ab ipso per accidens:& ipse nõ moueatur ab ipsis:Illud adhuc
cuius motus est uelocior:& corpus maius/est nobilius de necessitate: & si considera
bis hoc in reliquis inuenies ea sic differre:Ea autem quę differunt dignitate si unũ
nõ excedit aliud in specie.uidelicet ꝙ sint species plures/quarũ una sit nobilior alia
tunc diuersitas quę inest eis sit ex prioritate unius ad aliud in eadem specie/ in qua
comunicant: Et quę ita se habent unũ erit de necessitate causatum ab alio: & prius
omnibus in hoc est ipsa ultima causa eorum: & causa ob quam omnia ipsa habent
esse:Manifestum ergo est ꝙ nobilior horum motorum est ille qui mouet motu di/
urno i iste ergo motor est ultima causa ipsorum: & causa ob quam omnes alii sunt
Declaratum quoq3 fuit ex hoc ꝙ reliqua mobilia comunicant cum hoc mobili in
motu suo & mouẽtur cũ eo:comunicãt ergo in eius aprehẽsione:Vnũquodq3 igit
ipsorum habet cõceptũ uniuersalẽ.i.cõem & propriũ sibi:Vniuersalis aũt cõprehẽsio

est/quã habẽt omnia ipsa ad istum motorem:Propria uero est illa quã unũquodq́ ipsorũ habet ad unũ quẽq́ motorem : & huius comunitatis proportio ad id quod est propriũ unicuiq́ ipsorũ nõ est cõparatio generica cũ ista cõprehẽsa sint imateria lia:sed eius cõparatio ad hęc est comparatio rerũ comparatarũ ad unũ aliquid/quod pręcedit eas:& est causa ut sint:uniuersale adhuc ẽ prius particulari ; nã si auferatur uniuersale tollitur & particulare:Si impossibile ergo est ꝙ talis cõprehensio prece/ dat prioritate generica:erit igitur de necessitate eius prioritas ad reliqua cõprehen sa prioritas causę:Ita etiam uidetur res se habere in illis multis motibus qui insunt unicuiq́ planete : Nam cũ appareat ꝙ huiuscemodi motus sint pp motũ planetę oportuit de necessitate ꝙ motores eius sint pp motũ planetę. Aliter.n.motus pla/ netę fieret ab eis ꝑ accidẽs: Si ergo totũ hoc ita se habet ut narrauimus.Sequitur ꝙ quilibet planeta habebit plures q̃ unũ motũ:& eius motores necessario erunt cau/ sati a motore planetę : & motores septem planetarũ erunt causati a motore magni orbis:Hoc est quãtum sermo dedit tractare de esse primi principii in hoc genere & fortasse ipse Arist.declarabit post hoc ꝙ nõ sufficit hunc motorem esse primũ prin/ cipiũ:si cõsideremus ea q̃ sunt propria unicuiq́ ipsorũ:Videtur adhuc sermone uni uersaliori precedenti ꝙ necessario ista separa finiũt ad primũ principiũ:& ꝙ ipsa nõ sunt simpliciter unũ ab alio:ita ꝙ nulla sit depẽdẽtia causę.& causati inter ipsa: quo niã nõ euadit quin dicatur nomen principii de utroq́.uniuoce aut pure equiuoce: aut ordine & proportione:& est unus ex modis quibus dicuntur nomina analoga: ꝙ aũt dicãtur uniuoce est falsum: quoniã uniuoca hñt pluralitatem ratione mate/ rię:hęc aũt sunt imaterialia:Est quoq́ falsum ꝙ nomẽ principii dicatur de eis pura equiuocatione:cũ fuerit iã ostẽsum/ꝙ sunt eiusdẽ generis:Nihil igitur aliud restat: nisi ꝙ dicatur de eis nomen principii/ secũdum prius & posterius.Ea autẽ q̃ dicun tur secũdum prius & posterius:necessario cõparãtur ad unũ aliqd quod est causa: ut illa res insit aliis:ut exẽpli gratia.Nomen caloris.quod quidẽ dicitur de rebus ca lidis ꝑ cõparatiunẽ ad ignẽ/qui est causa:ut calor insit aliis rebus calidis.Hinc ap/ paret ꝙ opportet in his principiis ascẽdere ad unũ principiũ (sed nõ proprie quem admodũ fuit ostẽsum in ꝓcedẽti sermone) siue fuerit eorũ ordo in cõparatione ad ipsum/unus ordo.uidelicet ꝙ unũ excellat aliud:& hoc etiã nõ declaratur ex hoc sermone quemadmodũ ex precedẽti.Adhuc ostẽditur hoc/qa nos uidemus opa/ tiones horũ corporũ cęlestiũ q̃ fluũt ex motibus suis iuuere ad eẽ uniuscuiusq́ entiũ existentiũ apud nos & ad eorũ conseruationẽ:ita ꝙ si tolleret̃ unus ex his motibus corrũperetur esse rerũ:& ordo earũ:Hinc ẽ ꝙ uidemus lunã & stellas erraticas fere seruire ipsi soli motu earũ eũq́ insequi:nã nos inuenimus eos semp progredi per di stantias terminatas ab eo.i.ꝑ propinquitatẽ & remotionẽ itinerũ determinatorũ. ui/ delicet in uelocita te & tarditate:ut in sciẽtia astrorũ mathematica ostẽsum fuit: Hu iusmodi aũt opatio nõ põt inesse eis ꝑ accidens:Necessario igit̃ intẽdũt motu suo: unũ finẽ:sed quia esse eorũ nõ est pp res q̃ sunt hic:ideo ille finis quo comunicãt est causa ut cõueniant:& adiuuent ad esse entiũ quę sunt hic:Nã quãdo aliqd passum habet esse a pluribus q̃ uno motore:tunc ꝑficitur eius esse ꝑ se ꝑ comunitatẽ illorũ motorũ in unũ finẽ : & hoc innuit deus gloriosus cũ dixit si in eis essent dii ꝓter deũ corrũperemur.Demũ mũdus ẽ unus ꝑ unũ principiũ.Aliter.n.esset unus ꝑ accidẽs: aut oporteret ipm̃ nõ esse:uniuersaliter igitur res se habet in mũdo quẽadmodum in ciuitate proborũ uirorũ/quę licẽt habeat plures principatus.ascendunt omnes ad unũ principatũ & intendunt unum finem:Aliter enim nõ esset una:& quemad

modũ ex hac parte ciuitas perpetuatur: Ita etiã res se habet in mũdo: Hinc fit ꝙ illę ciuitates in quibus sunt plures principes facile incurrũt corruptionẽ cũ habeãt unitatem/ quodã accidẽtis modo: Et postq̃ fuit declaratũ/ quod esse habeãt hęc principia: & qualiter cõparẽtur ad mundũ sensibilẽ: & inter se inuicem: Cõsiderandũ est de his quę sunt sibi propria: & ponemus considerationem nostram in hoc: ut diximus ab eo/ quod in scientia de anima fuit declaratum.

❡ Et dicamus ꝙ quodlibet horũ principiorũ intelligit se ipsum: & hoc patet ppea quia intellectus noster/ ita se habet. s. ꝙ accidit ei ꝙ quãdo intelligit itelligibilia/ cõuertitur ad intelligendũ se ipsum: cũ eius essentia sit essentia intelligibiliũ. Si igitur iste intellectus est ipsummet intellectũ: multo magis ita se habebit res in intelligentiis sepatis: Nã iste intellectus cũ habeat istã proprietatẽ ex eo ꝙ nõ est infixus materię/ licet habeat dependẽtiã cũ materia: tãto magis habebunt hoc intelligentię septę quę nullã habent dependentiã cũ materia: & ideo intellectus: & intellectũ/ in eis habebit magis de unione q̃ fit in nobis: nam licet itellectus noster sit ipsummet intellectum: Aliquam tamen habet transmutationẽ ex eo: ꝙ attribuitur materię. Et postq̃ est declaratum/ ꝙ quelibet harũ intelligentiarũ/ intelligit se ipsam: Contemplari decet utrum unaqueq; ipsarũ/ intelligant aliquid extra se: aut non.

❡ Et dicamus ꝙ iam fuit ostẽsum in libro de anima ꝙ itelligibile est pfectio intelligentis: & eius forma: & cũ dicimus unũ istorũ itelligere/ aliud dicimus/ ꝙ intelligit illud ita ꝙ pficitur per ipm. Illud ergo aliud/ precedit ipsum: & est causa ob quã fit illud: & itidẽ si posuerimus unũ eorũ esse causatũ ab alio: Necessario causatũ cõprehendet suã causam adeo/ ꝙ hę duę res cõuertũtur: uidelicet ꝙ quodcũq; horũ principiorũ cõprehendit aliquod aliud. Illud quidẽ aliud erit eius causa: & ꝙ quicqd est eius causa cõcipitur a causato/ impossibile ẽ ꝙ causatũ cõcipiat essentiã suã/ preter hoc ꝙ cõcipiat/ id quo extat sua essentia sed iam fuit declaratũ ꝙ quodlibet ipsorũ cõprehendit essentiã suã ergo necesse est ꝙ causatũ ab ipsis cõcipiat suam causam: Hinc apparet ꝙ aliqua eorum sunt principiũ quorũdã aliorũ per modũ formę: & efficientis & finis/ sicut fuit ostensum de comparatione eorum/ ad formam corporũ cęlestiũ: nam utraq; cõparatio est eadem: Neq; est in eis etiã causa pp causatum: quia impossibile est ꝙ nobilius sit pp ignobilius: Sed si prouenit causatũ i eis a causa: illud quidẽ est quid sequẽs pfectionem causę: quemadmodũ ustio: sequitur substantiã ignis: & si totũ hoc ita se habet ut narrauimus. Manifestũ ergo est/ ꝙ impossibile est in his ut causa cõprehẽdat causatũ suũ: nã aliter/ posset causa cõuerti in suũ causatũ: & pficeretur nobilius p minus nobile/ quod ẽ falsum. Hinc habetur manifeste: ꝙ si habeãt causam primã q̃ nõ sit causata ab aliquo: ut in precedẽtibus fuit ostensum: ꝙ nõ cõprehẽdet nisi essentiã suã: & nõ cõprehẽdet causatũ suũ & hoc nõ est propriũ/ primo principio correcto: sed est quid cõe oĩbus etiã corporibus cęlestibus: qa nõ uidemus ipsa cõcipere res q̃ sunt sub ipsis/ eo modo quo hñt esse: quia si ita foret/ tunc pficeretur nobilius p ignobilius: & eorũ cõceptus essent generabiles & corruptibiles/ quemadmodũ fit in itelligibilibus humanis: Quodlibet ergo horũ principiorũ seperatorũ licet sit unũ ita ꝙ intelligens & intellectũ est idem in eis: nihilominus in hoc preexcellũt se inuicem: Cui tñ uerius cõpetit unitas est ipsum primũ: deinde quod sibi associat: mox etiã quod illi adheret: Tãdẽ quodcũq; eorũ idiget ad cõprehẽsionem essentię suę pluribus principiis: est minoris simplicitatis ietq; ẽi aliqua pluralitas: & ecõuerso: quodcũq; indiget ad cõceptum sui ipsius paucioribus principiis est simplicius adeo ꝙ primũ simplex et uerũ nullo indiget extrinseco ad

sui ipsius cōprehensionē: Hoc inq̄ est quod protulit sermo de cōprehēsione horum principiorū: Verūtñ multa insurgunt dubia cōtra hoc: quorū unū est ꝙ sequeretur ꝙ hęc principia ignorarent illas res/ quarū ipsa sunt principia: & prouenireť ab eis sicut procedunt res naturales ex se inuicem: sicut ustio q̄ prouenit ab igne & cōgelatio a niue: & nō influerent ratione cognitiōis: sed falsum est ꝙ procedat aliquid a cognoscēte in quātū est cognoscēs & nō cognoscat illud: & hoc indicauit illud dictū dicēs: nōne cognouit qui creauit cū sit ipsę sapiens & cognoscens: Ignorātia quoq; est deffectus: & id quod est pfectissimū impossibile est ꝙ habeat defectum: Contra hāc quidē positionē/ hoc est difficillimū omniū dubioꝝ nos aūt soluemus ipsum.

¶ Et dicemus ꝙ cū agens pręstet passo/ qd sibi simile: & oporteat passum esse qd aliud: & secundū numero: sequiť de necessitate/ unū de duobus: uidelicet uel ꝙ sit diuersum ab ipso in materia: & hoc ē necessariū qñ passum est eiusdē spēi cū agēte absq; hoc ꝙ sit inter ipsa excessus dignitatis i forma: uel ꝙ illa diuersitas/ q̄ est inter ipsa sit in excessu dignitatis in eadē spē: & hoc. s. qñ agens i illa spē est nobilius passo: Nā impossibile est ꝙ passum sit nobilius agente de se cū eius q̄ditas proueniat ab agente: in his ergo principiis imaterialibus/ diuersificātur agens & passum/ & causatū & causa/ excessu nobilitatis in eadē spē nō in diuersitate spēi: & qa intellectus noster in actu/ nihil aliud est q̄ cōprehēsio ordinis & rectitudinis existētis in hoc mūdo: & in qualibet eius parte: & cognitio cuiuslibet rei ĩ eo existētis/ p suas causas propinquas & remotas: ita ꝙ cognoscat totū uniuersum: Sequiť ergo de necessitate ꝙ quiditas intellectus agentis ad hūc nostrū itellectū: nihil aliud ē q̄ cōprehēsio harū rerū. Hinc dicitur ꝙ intellectus agens/ intelligit res q̄ sunt hic: Oportet tñ ꝙ intelligat istas res nobiliori modo. Aliter. n. nulla esset diuersitas inter ipsum & nos: Sed quomō nō cū fuerit iā declaratū/ ꝙ intellectus noster in actu sit generabilis & corruptibilis. qa est imersus materię: eius tñ intelligibile est ęternū imateriale: & pp imbecillitatē intellectus nostri fuerunt necessarii sensus/ ad eius intellectionē: & ppea qñ priuamur uno sensu: deficit ēt nobis illius itelligibile: & similiter qñ sensatio alicuius rei est corrupta in nobis: amittimus eius intelligibile: Neq; possumus illud acqrere nisi p modū famosum: & similiter est possibile ꝙ causę alicuius rei sit ignotę quo ad nos: Q uę tñ sunt in essentia intellectus agētis & secundū hūc modū possunt reddi causę prophetiaꝝ: & reliquę pnosticationes futuroꝝ. Patimur tñ nos huiuscemodi imbecillitatē ratione materię: & sic etiā sequiť ꝙ intelligibile ipsius intellectus qui agit ipsum itellectū agētem nihil aliud sit q̄ itelligibile itellectus agentis quia hoc & illud sunt idē spē. Verūtñ est aliquo modo nobilius/ itidē i reliquis/ donec primū principiū itelligat uniuersum nobiliori modo omniū modoꝝ q̄bus possunt pexcellere se ipsas iter se itelligentias denudatas a materia: quia forma sui itelligibilis nihil aliud est q̄ forma intelligibiliū humanoꝝ spē multo magis cū reliquis intelligibilibus alioꝝ sepatoꝝ: res ita se habebit: & si sint separa ualde in dignitate ab itellectu humano: et illud quod ē sibi propinquius est itellectus qui sequiť ipm: et sic secūdū hunc ordinē: usq; ad intellectū humanū: et sicut pprīū subiectū cōprehensiōis nostrę: sunt res materiales: et si quid itelligimus de his principiis illud quidem itelligimus secundū analogiā licet itelligamus ea secundū ordinē quia quod propiquius est nobis/ est ipsę itellectus agens: et ppea fuerunt nōnulli imaginati ꝙ possibile est cōprehēdere essentiā suā secundū ueritatē: ita ꝙ nos efficiamur ipse et causatū conuertať in essentiā causę: Eodē quoq; modo: cōprehēsiōis intellectus agētis subiectū est essentia sua: et si quid intelligit de suis principiis id secūdū cōparationē intelligit: et

sic sequit̃ res de secũdo: & de tertio: donec res desinat ad primũ principiũ cuius quidem propriũ est nihil itelligere compatiue: & ideo nõ itelligit aliquod intelligibile in quo sit defectus: imo eius intellectus est pre cęteris nobilior: quia eius essentia est pstantior oibus essentiis: & ideo in eius essentia/nulla ẽ excellẽtia in gradu & nobilitate: imo ipse est ipsa nobilitas absolute sine compatione: Sed si id quod intelligit causatũ de his principiis/esset idẽ cũ eo quod intelligit causa de se ipsa: tũc nulla in esset ibi diuersitas/inter causam & causatũ: & nulla inesset quoq pluralitas in his rebus sepatis: Ex hoc ergo dicto apparet/quomodo potest dici/ꝙ intelligũt oia: qa hoc eodem modo se habet in omnibus/etiã in itellectibus corporũ cęlestiũ: & quo modo dicit̃ ꝙ ipsa nõ intelligũt ea q̃ sunt sub ipsis: & sic soluũtur dubia pcedẽtia: nã secũdũ hunc modũ dicitur/ꝙ cognoscũt id quod prouenit ab eis cũ id quod ordinatur a sciẽte iquãtũ est sciẽs: oporteat ꝙ sit scitũ: ut diximus: aliter.n.procederet ab eo/sicut pcedũt res naturales a se inuicẽ & per hoc dictũ aegescẽt illi qui dicũt deũ scire res: & p secũdum dictũ/facies obmutescere eos qui dicũt ꝙ ipse nõ scit id quod est sub ipso: Nam ipsi nõ aduertũt equiuocationẽ nominis sciẽtię & accipiũt ipm/ac si significaret unã tantũ rem: & sic sequẽtur ex hoc duo dicta cõtradictoria: eo modo quo sequũtur in propositionibus q̃ accipiũtur simpliciter: & sic p hoc soluẽtur ille absurditates predictę: Nã nõ est defectus illi q cognoscit aliquid sciẽtia pfectiori/si nõ sciat illud sciẽtia impfectiori: Immo impfectio est qd oppositũ huius: nã ille qui nõ potest uidere aliquid uisione mala, Sed uidet ipsum uisione pfecta: nequaq̃ habet impfectionẽ in hoc: & istud quod diximus est id quod ex uia Arist, uel sociorũ eius apparere potest: uel quod sequit̃ ex eorũ uia: Nã ipsi ostẽdũt intellectũ agentem cognoscere ea q̃ sunt hic.i.sub ipso: & sic de intellectibus corporũ cęlestiũ: & nihil differt (ut declarauimus) siue admittamus hoc in itellectu agenti: siue i eo quod est supra ipsum de principiis: Impossibile nãq est/ipsa itelligere aliqd cũ quo nõ idẽptificẽtur nisi eo modo quo diximus: Ex his igitur dictis apparet qualiter intelligãt hęc principia/essentias suas: & id quod est extra essentias suas: ꝙ autem hęc pricipia sint substãtię: nullũ habet dubiũ/qm̃ principia sunt substãtię de necessitate: Item cum nomen substantię trãsferatur ad id quod est materiale/multo magis ad hęc quę nõ sunt materialia: Nomen ergo substãtię/uerius dicitur de primo principio eorũ/cũ eius substantia sit causa substantię illorũ. Videtur etiam hęc principia uiuere & delectari sua essentia: & ꝙ primũ eorũ uiuit/uita qua nulla est pfectior: & nulla est maior oblectatio sua: quia ipsummet/est ipsa letitia tantũ: & aliis aduenit letitia & gaudiũ/per ipsum: Nã nomen uitę cũ transferatur apud nos/ad uiliorem gradũ aprehẽsionũ sensuũ: Multo magis trãsfertur nomẽ uite ad nobiliorem aprehensionẽ sensibiliũ: & nobiliora genera cõceptiuorũ: similiter etiã delectatio cũ sit quid sequens aprehensionẽ: & est nobilior/quãto est nobilior dignitas aprehensibiliũ in se ipsis: & in pseueratione aprehẽsionis eorũ: tanto magis illa delectabitur uere in sua aprehẽsione: Vnũquodq ergo preter primũ delectatur esse suo: & primo etiã & letatur i substãtia sua: & in primo quoq: Primũ aũt delectat̃ & letatur essentia sua tantũ: & illud quod letatur ipso.i.letatur essentia sua: & quia eius aprehensio est pre cęteris nobilior: ideo eius delectatio est maior omnibus delectationibus: & si cet cõmunicet cũ reliquis in hoc ꝙ delectãtur cõtinuo: nihilominus si eorũ delectatio habet perpetuitatẽ illud sit p eius essentiã: Similiter etiã alię res quibus comunicant insunt ei per suã essentiã: & illis p ipsum: Et quia in preteritis apparuit ꝙ debemus itigere in substãtiis unũ primũ quod ẽ causa ob quã insit eis pluralitas: Nam

quelibet

quelibet pluralitas:ut ibi fuit declaratū/oportet de necessitate ꝙ habeat unitatem:
oportet quoq; ut in his substantiis detur unū primū/quod est causa:ut sint plura &
numerata:& hoc est unū ex illis quibus potest ostendi ꝙ est necessariū reperiri i his
principiis unū quod pcedat illa secūdum naturā:inquātum sunt plura qa excedūt
unū aliud in spē:& quia unū in quolibet genere est idiuisibile:neq; est plurale in ge
nere illius entis:& cū pluralitas q̄ inest unicuiq; hoꝝ seperatorū: insit eis ex eo ꝙ in
telligunt de se pluralitatē:ut in pcedenti tractatu fuit declaratū : Sequitur ergo de
necessitate in hoc ꝙ ipm unū est indiuisibile/per id quod intelligit de se ipo:& ideo
nō intelligit nisi uná rem simplicē.s.eius essentiā:& nō potest intelligere aliquā plu
ralitatem neq; in essentia sua/neq; extra suā essentiā : Ipsum.n.est unū simplex de
se:Alia uero sunt unū per ipsum:Et qa unitas in quolibet illorū sepatorū sit quidē
per hoc ꝙ intelligibile in eis sit unū:& hoc fit eleuádo illa itelligibilia plura quibus
identificatur unūquodq; ipsoꝝ ad unū intelligibile:Sequitur ergo de necessitate ꝙ
ipsa unitas uere & primo reperitur in ipso primo:deinde in sequēti ipsum:postea in
sequēti illud:per ordinē : Adeo ꝙ huic intellectui qui est in nobis isit maior plurali
tas intelligibiliū q̄ in oibus intellectibus:& hoc est illud unū de quo nō cessauimus
querere in precedēti tractatu:& hoc est illud unū per se quo reliquę substantię acq
sierunt suā unitatē:Et postq̄ declaratū est id quod attribuitur ipsi primo principio:
& unicuiq; entiū horū seperatorū: Cōueniens est cōsiderare quomodo ordinátur
a primo principio : donec desinat ordo ad ignobilius in gradu quo ad esse sensibile
quę quidem sunt ipsa elementa simplicia & materia prima.

¶ Et dicamus ꝙ iam ex pcedēti sermone ostēsum est : ꝙ nobilior horū motorū est
motor orbis stellarū:& ꝙ ipse est illis prima causa:& hoc est totū illud quod decla
ratū fuit iam ex hoc tractatu;Nos aūt si cōpationē faciamus:iter illa attributa pro
pria illi primo.uidelicet ex eo ꝙ est unū simplex quod nō intelligit de essentia sua
aliquā pluralitatē:& inter actionem huius motoris inueniemus ꝙ nō correspondē
bunt sibi illa attributa: Ab ipo.n.motore/oportet de necessitate ꝙ procedat plusq̄
una forma/quia ipsemet est qui dat formā cęlo stellato:& esse ipsi motori orbis qui
est post ipsum in gradu seu in ordine:Ab uno tñ simplici inquátum est simplex pro
uenit unū:quomodo ergo prouenit ab eo multitudo cū unū pexcellat aliud inuicē,
Nam motor est de necessitate nobilior q̄ cęlū (uel forma celi) & illa essentia á qua
prouenīūt hęc duo esse habet de necessitate partes in quibus una est nobilior alia:
& si hęc essentia ita se habet.s.motor cęli stellarū: necessario ergo erunt causata : &
habebit causam q̄ quidē est causa ut sit:sed in ipo principio bene cōueniunt ille attri
butiōes pcedētes:& equátur i ipo:& illud ē ipe deus gloriosus & excelsus:Nā pone
re aliud principiū prius isto esset de necessitate supfluū:& natura nō habet supfluū.

¶ Sed quomodo ordinētur ista principia/ab isto primo:Videtur ꝙ ꝯuenīētius esse
ut illud quod est sibi propinquius sit itelligibile simplicius & nobilius: Sed quia nō
apparet aliqs motor nobilior motore uniuersi ideo oportuit ꝙ ipsę sit illud primū,
a quo proceditur de ordine tñ illius quod sequi post ipsum est cōsiderádū: quoniā
cōsentaneū est (ut diximus) imo necessariū preponere nobilius: Nobilitas autem
in his:uidetur esse ex una quattuor rerū.uidelicet:ex uelocitate motus: Aut ex ma
gnitudine corporis mobilis maioriq; ambitu : Aut ex magnitudine stellarum/siue
multitudine earū:quarta ex pluralitate motuū qbus perficitur motus stellę:& pau
citate eorū:Nā quilibet motor qui idiget ad motionem stellę pluribus motoribus
est proculdubio sibi quedam imperfectio respectu illius qui minoribus indiget.

Est autem manifestū ꝙ motor orbis stellarū/habet dignitatē his modis .s. qa eius motus ē uelocior oibus aliis motibus:eius quoq; corpus ē pceteris maius:Mouetq; plures stellas uno motu:cōtra id quod accidit in aliis sydenbus: Sed quomodo procedat ordo post ipm : ut diximus nō uidetur nos habere ueras propositiones circa hoc nisi secudum prius & cōuenietius.uidelicet ponere hoc iuxta cōsuetudinē expositorū.s.ꝙ qui sequit postea gradatim sit motor orbis Saturni:& iterū sic secūdū ordinē orbiū:ut in mathematicis fuit declaratū: Causa autē ob quā nos diximus ꝙ nō habemus circa hoc uerā uiā est quoniā si ponamus dignitatē horū motorū esse propter situ orbium eorū inter se inuicem tunc res illę quę afferunt dignitatē essent inter se opposite cū ambiens sit maius eo quod ambit inquantum est sibi ut forma: Tamen nō habebit illā dignitatē quę prouenit ex uelocitate motuū & pluralitate & paucitate:& magnitudine stellę:& eius paruitate:quoniā nos inuenimus alios orbes inferiores habere uelociorē motum:ut orbis solis:& lunę:nisi fortasse dicatur ꝙ ista uelocitas sit in cōparatione ad molem nō in se ipsa & sic apparet res de sole qui est maior planetarū & habet tñ pauciores motus cęteris:Ex his igitur: ut diximus: non habuimus uiam determinatem ordinem eorum.

¶ Queret tñ aliquis & dicet si iuxta ordinem uestrū posuerimus ꝙ procedat exēpli gratia:ex motore Saturni:anima sui orbis:& motor orbis sequētis post ipsum:& motus orbis eius perficit pluribus motibus/q̄ uno:& quod procedit ab eo est plusq̄ unus motor:imo prouenium: ut apparet sex. quorū unus est motor orbis sequentis ipsum:& quinq; quibus perficit motus Saturni sed iuxta positionē uestrā sequeretur ꝙ nō ordinarētur ex isto motore nisi tres res tantum cum sit in tertio gradu: Oportet ergo ꝙ pluralitas inuenta in eius operatione sequatur de necessitate pluralitatē existētem i essentia sua:quemadmodū unā essentiā insegtur una tñ actio.

¶ Dicamus ꝙ bene sequeretur hoc si poneremus illas res q̄ ordinātur ex hoc motore.tertio existere in eodem gradu (seu ordine) ad ipm: sed dicimus ꝙ ordinātur a motore qui est in gradu tertio : & est.s.motor orbis Saturni (primo ordine) tria: quorū unū est motor orbis sequentis ipsum:& secundū est anima planetę & postea ordinātur ex hoc motore reliqui tres ipsius motoris Saturni ordinatim etiā.s.secundus a primo:& tertius a secūdo:& si tu dices seqtur ergo secūdum hoc ꝙ motor Lunę & Solis.Exēpli gratia.cum essentia horū principiorū extet pluralitas: ꝙ motores ordinati ex ipsis erunt iuxta pluralitatē existētem in essentia amborū:& sic luna exēpli gratia habebit nouem motus:& Sol si ponamus ipsum supra Lunam: & sub Venere:& Mercurio iuxta discrepantiā q̄ existit in hoc inter mathematicos.

¶ Et dicamus ꝙ pluralitas prouenicns ex unoquoq; ipsorum oporteat nihil aliud esse/q̄ ꝙ diuidatur in ea ipsa essentia:est equidē uerū:& ideo ex uno prouenit unū: & nō possunt ordinari ex eo duo:neq; est possibile ꝙ id cuius essentia est diuisibilis in duo ꝙ ordinētur ab eo tria:& similiter id cuius essentia est diuisibilis in tria ꝙ ordinētur ab eo quattuor:sq; asit sit necessariū ꝙ id quod procedit ex aliqua essentia: & quod multiplicat ex aliquo numero ꝙ in id diuiditur ipa essentia nō uidetur oio cum sit impossibile per ea q̄ dicta sunt in preteritis ꝙ aliqua horū principiorū non habeāt actionem: Sed ꝙ omnino operationes cuiuslibet eorū sint secūdum illum numerū i quem diuiditur eius essentia fortasse nō erit necessariū : & reducetur hoc ad excessum dignitatis eorū:& si aliquod istorū cuius essentia est diuisibilis fuerit nobilius:cōnumerabūtur eius opationes in se ipo:& si fuerit ignobilius tūc eius operationes deficient a pluralitate suę essentię:uel erūt minores:& nō sequetur ex hoc illud

falsum quod sequitur ex processu pluralitatis operationū ab una essentia:aut ꝙ ordinetur ex aliqua essentia plurificata/aliqua pluralitas perfectior/essentia pluralitatis existentis in essentia causę: Cōuenit ergo in ordine harū substantiarū obseruare modum ordinis unius ab alia & nō cōtinget illa falsitas a qua fugimus.s.ꝙ ex uno nō ordinetur unū imo causa huius opinionis est oppositū: uidelicet ꝙ cū fuerit certificatū/ꝙ ex uno nō ordinatur nisi unū tantū:existimatur ꝙ hęc propositio cōuertitur.s.ꝙ una actio nō proueniat nisi ex uno tantū:& dualitas ordinetur a duobus tantū: Verū est tñ ꝙ ex unitate nō ordinatur nisi unū tantū:& ex dualitate non ordinatur nisi dualitas:aut minus:ꝙ autē dualitas ordinet̃ omnino ex dualitate hoc nō est necessariū:Ista ē uia posteriorꝫ philosophorꝫ harabū:aut Alfarabii & aliorū: & potest arbitrari ꝙ sit uia Themistii ex prioribus:& Platonis:sed illud qđ narraui est fortior declaratio quā attulerunt in hāc sententiā:Habet tamen dubiū: nam cum dicimus ꝙ ex uno nō ordinatur nisi unū.est uerū de agente inquātū est agens tantū nō inquātum est forma & finis:quia forma & finis dicūtur agentia: quodāmodo similitudinis: Sed quesitum proprium huius rei/est ut dicamus utrum sit possibile ꝙ ex uno simplici ordinetur plusq̃ unum:& perficiatur per ipsum plusq̃ unum & si hoc est impossibile:tūc petitio est uerum:& si est possibile tūnc est inanis: de hoc tamen iam alibi fuimus locuti.

¶ Ponamus aūt rem ordinatim sic ex primo principio ordinatur motor orbis stellarū:& ex motore orbis stellarū ordinatur forma orbis stellarū:& motor orbis Saturni:& ex motore orbis Saturni ordinatur anima planetę:& motor orbis Iouis:& unus motor tantū ex motoribus quibus ꝑficitur motus planetę Saturni:& ex hoc motore ordināntur reliqua tria mobilia ipsius motus huius planetę ordinatim etiā: Mox ex motore orbis Iouis ordinantur quoq; tria.s.motor orbis Martis:& anima orbis eius & tertius motor a quo ordinātur reliqui motores/qbus ꝑficiūtur motus eius secūdū ordinem secūdi a primo:& quarti a tertio:& sic potes imaginari rem in omnibus:iste tñ ordo nō habet iudiciū decisiuū:sed secūdum prius & cōuenientius: Possumus tñ opinari ꝙ motor solis ordinatur a motore orbis stellarū:& postea ordinatur ex motore Solis/motor Saturni: deinde isto modo secūdū ordinē usq; ad motorem orbis Lunę:& huius ordinis quē diximus affert testimoniū. Id quod apparet ex ꝑgratione planetarū in cōꝑatione ad Solem:& ꝙ seruant semp in uelocitate & tarditate terminatas distantias:& presertim uenus & Mercurius:Nā motus horū duorū orbiū ferentiū ipsos sunt equales motui Solis:& Luna quoq; uidet̃ ꝑgrari ꝑgrationē equalem apud cōiūctionem:& in oppositione apud quadraturā: & hoc hercle inuenitur in illis tribus rebus:& ideo nō est lōginquū (ut diximus) ꝙ Sol sit nobilior omnibus:& eius motor associetur in gradu orbis stellarꝫ fixarū: Tādem (ut diximus) nō habemus propositiones quibus possimus adipisci ordinem eorum per ueram uiam.

¶ Intellectus aūt agens ordinatur ex ultimo horum in ordine & ponamus ipsum esse motorem orbis Lunę.

¶ Elemēta uero sunt de necessitate causata a magno motu:& hoc iam in libro de cęlo & mundo fuit declaratū:Ibi enim fuit dictum ꝙ de natura motus est generare calorem:& ad esse caloris/sequitur leuitas quę est forma ignis:& ad priuationē motus sequitur oppositū.s.grauitas:& propterea definit ignis in cōcauo corporis sphericii:& firmatur terra in medio ob eius remotionē a motu ipsius ambientis:& simpli

cia quę ſunt inter ignem:& terram.ſ.aqua & aer habent utrāq; diſpoſitionem:uidelicet grauitatem & leuitatem.ſ.grauitatem reſpectu ſuperioris: & leuitatem reſpectu inferioris.

¶ Tandem cū corpora ſimplicia habeant eſſe/ex eo/ꝙ ſunt cōtraria & nihil aliud ſit quod efficiat cōtrarietatem eorum q̄ motus corporis ſpherici: Neceſſario ergo corpus circulare eſt eorū agens:& cōſeruans: Neq; habet tantū iſtas duas proportiones ad ipſa:imo ſe habet ad ipſa:ut forma & ipſa ſunt ut materia ad ipſum: Inferius ergo ipſorū perficitur a ſupiori donec ſint omnia perfecta per ultimū corporis circularis: & hoc iam in libro de cęlo & mūdo fuit declaratū. Item corpus circulare prout eſt ſphericum/impoſſibile eſt quin habeat corpus ſuper quod reuoluatur: quod eſt centrū:& illud quod ita ſe habet ad corpus cęleſte eſt ipſa terra:& inuenta terra inueniuntur reliqua elementa: Neceſſario ergo ſunt elementa quia & corpora cęleſtia inuenta ſunt/quemadmodum de neceſſitate ſunt lateres:& parietes/ex forma domus: & poſtq̄ hoc eſt ita ſequitur ꝙ corpus cęleſte eſt cauſa ut elementa inueniātur per hoc ꝙ eſt conſeruans: & agens atq; forma & finis: De ſimilaribus autem partibus iā fuit oſtenſum in ſciētia naturali ꝙ nō eſt opus reddere alias cauſas propinquas preter elemēta:& motū corporū cęleſtium etiam:& apud Ariſtotelē quoq; ſunt aliqua corpora mixta animara/propter corpora cęleſtia & ideo dicit Ariſto.ꝙ Sol & homo/generant hominem:& cauſa apud me eſt quia indiuiduum generatur ab indiuiduo:ſicut ipſum:& cū illa corpora ſint uiua adhibent uitam rebus iſtis inferioribus:quia nihil poteſt mouere materiam ad perfectionē animatam: niſi illud corpus quod eſt naturaliter animatū:nam ſi aliquid preſtat utilitatē alicui rei id facit quia habet ipſum in ſe.

¶ Ariſtoteles autem nō ponit in ſciētia naturali principiū aliquod ſepatum quod ſit intellectus niſi in intellectu humano:& in motu corporū cęleſtiū:In humano quidem intellectu cum intellectus materialis nō ſit mixtus. Neq; eſt ibi materia ita ꝙ oporteat ipſum trāſmutari ab aliquo corpore:In corporibus uero cęleſtibus ꝓpea quia perdurant in infinitū:& ſi ita eſt ut narrauimus ſermo ergo in ſciētia illa cogit nos ponere principiū extrinſecū ad eſſe plantarū & animaliū:quoniā nos uidemus ipſa habere potentias quę habent operationes determinatas quibus agunt ad aliquem finem:ut anima nutritiua & ideo nō poſſunt attribui elemētis:Neq; poſſunt etiam attribui in eſſe ſuo ad indiuiduū generatiuū:cum indiuiduū preſtet huiuſcemodi res:uidelicet/uel materiam recipientem/uel organū:ut res ſe habet de ſpermate:& ſanguine menſtruo:& hoc totum iam in ſcientia naturali fuit declaratum: Sed ſi res conſideretur in hac ſciētia.uidetur/ꝙ id quo hę res:ſunt intellectę impoſſibile eſt ꝙ generetur/ex forma materiali indiuiduali inquantum eſt indiuidualis: Nam ſi de natura formę materialis eſſet generare formā in materia inquātum eſt materialis:ergo nō poſſet illud attribui formę ſepatę: ſed iā fuit oſtenſum ꝙ formę ſepatę generant formas in materia:ergo neceſſe eſt ꝙ nō generent ipſas formę materiales. Itidem etiam eſt neceſſariū eo quia res materialis indiuidualis generat rem indiuidualem ſicut eſt ipſa: Sed forma intelligibilis generata nō uidetur eſſe res indiuidualis: Quapropter oportet ut intellectus agens ſit dator formarū corporum ſimpliciū & aliorū:generans igitur per ſe ipſius indiuidui eſt indiuiduū ſicut ipſum & ideo dicit Ariſtoteles/ꝙ Sol & homo generant hominem:Indiuiduū autem ge/

neratur per se. Sed forma generatur per accidens & ideo apparet q eius generans: est aliud ab indiuiduo: indiuiduũ ergo hominis/quod generatur per se generatur a sole indiuiduo: & ab homine indiuiduo: Illud uero quod generatur per accidens: & est ipsa humanitas: generatur ab ipsa humanitate expoliata a materia: iste inq̃ est sermo inter uiam Aristotelis: & uiam Platonis/de hoc.s.q forma sit agens: & retine ipsum/quoniam hoc modo tollẽtur reliquę falsitates: Si ergo ita est: ut narrauimus: & ostensum fuit q corpora cęlestia sunt causa: ut elementa habeant esse: & quot modis sint eorũ causa: Sequitur ergo q formę elementorũ sunt causa propinqua ut sit materia prima/quę est cõmunis eis: & hoc per modum formę & finis tãtum: nã impossibile est comprehẽdere de causis materię primę nisi istas duas causas tantũ: Quoniam agens ideo efficit aliquid quia prestat essentiam suam quę uidetur esse eius forma: & materia prima non est essentia formę/q habeat agens: Neq potest comprehendi etiam in ea alia materia: quia ipsa est prima: potest adhuc materia aliter comprehendi q sit causa: Videlicet quia cum materia dicatur de ipsa: & de materiis corporũ cęlestium.secundũ quendam modum analogię.s.secundum prius et posterius: et in his quę ita se habent illud prius ẽ causa: ut sit posterius. sic igitur materia corporũ cęlestium/erit causa ut ista materia sit: & formę corporum cęlestium tantum sunt causa: ut materię ipsorũ sint: et necessitas huius ordinis eorum intelligitur hoc modo.s.q cum illa sint abstracta oportet omnino ratione sui esse perfecti ut procedant ab eis alia entia: et cum formę aliquorũ horũ entiũ impossibile est qn habeant subiectũ: ideo fuit necesse ut repiatur subiectum: Istę autem formę habẽt materiam propter necessitatem: Sed esse earum in se ipsis est nobilitatis gratia.i. q necessario est melius q animę corporũ sphericorũ: sint q̃ q nõ sint: et per hoc soluitur illud quod solet dubitari de esse istarum formarum quę sunt hic: Potest nãq aliqs dicere cum habeant esse in rebus sepatis secũdum esse nobilius: Cur igitur inueniũtur post hoc secundũ ignobilius: Sed dicet aliquis q finis intentus/fuit ratione materię: et sic erit nobilius propter ignobile. Nos autem dicamus q huiuscemodi esse earum est ex necessitate ipsius esse secundi esse nanq nobilius est q̃ non esse: et ideo habent esse imperfectius: et earum esse imperfectum: est nobilioris rei gratia, respectu priuationis earum: Sunt autem imperfectę secundum esse: & formę in materiis propter necessitatem quia impossibile est q reperiantur perfectiori modo: & quemadmodum est nobis nobilius cum peruenerimus ad ultimam perfectionẽ: q iuuemus alios de illa perfectione/quãtum est possibile: sic se habent principia separata ad esse corporum cęlestium ab ipsis: Sed formę quattuor corporum idest elementorum/sunt quidem propter necessitatem scilicet propter esse formę corporũ sphericorum: sunt quoq in materia necessitatis gratia: ac si coniungatur in eis necessitas duobus modis: uno modo ex eo q sunt: Secũdo ex eo q sunt in materia: & causa horum duorum necessariorum in eis. Est esse corporum sphericorum: Nam necessitas quę facit ipsas esse. est esse corporum sphericorum: & ipas esse in materiis: Est esse corporum sphericorum in subiecto: Formę uero aduenientes post mixtionem elementorum & eorum contemparaturam. Sicut sunt formę uegetabilium & forma hominis habent suum esse in se propter animam rationalem: & anima rationalis pp nobilius. Sicut res se habet in corporibus cęlestibus: & ideo uidẽtur q horum entiũ.s.inferiorum illud quod est propinquius i dignitate ad corpora cęlestia ẽ homo.

Nam est ueluti medium inter esse ęternum : & generabile corruptibile : Ani/
ma quoq; rationalis est in materia propter necessitatem:& proportio animę ratio/
nalis hic ad id quod est de formis sub ipsa:est proportio ipsius rationalis ad intelle/
ctum adeptum:& proportio sensitiue ad rationalem est proportio materię: & simi
liter proportio nutritiuę ad sensitiuã : & proportio similariũ partiũ ad nutritiuã est
proportio materię etiam ad nutritiuã:& est.i.eadem met proportio formarũ simila
riũ partiũ ad elementa hominis. Homo ergo est id quo cõiungitur esse sensibile cũ
intelligibili:& propterea perfectiores gloriosus in ipo istud esse sensibile/cui euenit
impfectio propter eius distãtiã ab ip: Sed cur de anima uegetatiua et uitali repiã/
tur plures species q̃ de aliis uidetur q; alis pluralitas sit propter nobilitatem:et in
quibusdã earũ uidetur q sint propter nominem:aut aliquę earum propter aliquas
alias:in quibusdam tamẽ nõ apparet hoc ut in animalibus hominũ hostibus et plã
tarũ ueneficarũ:et ideo ostẽdetur postea q maior pars horũ entiũ quę inter se unũ
aliud corrũpit sit quodãmodo per accidens:et propter necessitatẽ materię ut Scor
piones et cętera uenefica:quod autem apparet ex eis est q corrumpunt id quod si
nõ est nobilius ipsis:nõ est tamen ignobilius:et hoc fuit ex necessitate: Ex hoc ergo
dicto iam declaratum est quo pacto res a se inuicẽ una ab alia habeant esse et pro
portio unius ad aliã in pfectione:et q perfectiones omniũ referuntur ad primã pfe
ctionem:et q de necessitate suũ esse est causatũ ab esse primi. Cõuenit ergo cõside
rare nunc de cura eorum/quę sunt hic.i.quę sub orbe Lunę:et procedemus in hoc
iuxta istas radices pręsupositas.

Et dicamus q esse harũ rerũ inferiorũ:et earũ perpetuitas conseruetur in specie
hoc quidem est quid intentũ de necessitate:cuius rei efficiẽs nõ potest esse casus : ut
plures antiquorũ fuerũt opinati:et hoc apparet si cõsideretur conuenientia motuũ
cęlestiũ corporũ/cũ esse cuiuslibet rei quę hic generatur:et eius cõseruatione:et hoc
euidentius apparet in Sole: deinde in Luna : Nam de Sole apparet hoc q si esset
maior q̃ est:et eius locus propinquior : interficeret genera plantarũ et animaliũ pp
uehementẽ calorem:et similiter si eius corpus esset minus:aut remotius interime/
ret pre uehemẽti frigiditate: cuius rei ueritas haberi potest ex hoc q id quo Sol effi
cit calorem est eius motus:aut reflexio radiorũ eius:et ex locis inhabitabilibus pre
nimia caliditate:et forti frigiditate: Apparet quoq; cura: in eius circulo obliquo ma
nifeste, Nam si nõ haberet circulũ obliquũ tunc nõ fieret hic:estas neq; uer:neq; au
tumnus:atq; hyems: Est autem manifestum q hęc tempora sunt necessaria ad esse
speciei uegetabiliũ:et ipsa cura in motu diurno est euidentissima. Nam si nõ esset
motus diurnus:nõ esset etiam dies neq; nox:et tũc medietas anni esset nox:et alia
medietas dies:et sic res pirẽt eo tempore:siue in die pp fortem calorem/siue in no
cte pre uehemẽti frigore: Lunę quoq; affectus cognoscitur et ostenditur in genera
tione pluuiarũ et maturatione fructuũ:est quoq; manifestũ q si esset maior:aut mi/
nor:aut propinquior uel remotior:aut q eius lumen nõ influeretur a Sole.tũc non
efficeret huiusmodi actionem:et si nõ haberet etiã circulum obliquũ : nõ faceret di
uersas opationes in diuersis temporibus:et propterea calefiunt noctes tempore fri
goris:& infrigidantur in tempore caloris: Causa autem ob quam calefiunt in tem/
pore frigoris est / quia eius situs ad nos tunc est sicut situs Solis in tempore caloris:
cũ sit propinquior ad zenit capitis nostri:quia eius circulus est magis obliquus:sed in
tempore caloris : res opposito modo se habet : uidelicet quod eius occultatio &

eius apparitio erit ex latere meridiei quia ipsa semp apparet in parte opposita soli: & si sol fuerit in meridie ipsa apparebit in septentrione:& occultabitur in meridie:& cum sol est in septētione res ecōuerso se habet. uidelicet ꝙ apparebit ipsa in meridie:& occultabitur in septētrione: & ideo infrigidat tunc cū ea hora recipiat radios solares in parte meridiei:& similiter etiā id quod apparet de suis pagratiōibus equalibus in distantiis determinatis a sole:nō debemus arbitrari ꝙ sit preter curā de rebus quę sunt hic:& quemadmodū diximus de sole & luna itidē debemus credere de reliquis planetis:& de eorū circulis:& de pagrationibus eorū equalibus in distātiis determinatis a sole:& ideo dicit Aristoteles ꝙ eorū pagratio est in pagrationē solis:Q uod quidē ideo dixit quia apparet/ꝙ sequitur motū eius:& conātur similari sibi:Nos aūt licet non pcipiamus sensu/multa prodigia ex motibus eoꝝ exitu centri eorum: & rectitudine reuersioneq sententiamus tñ uera determinatione ꝙ hoc prouenit ex cura quę habetur de rebus q̄ sunt hic: Nā scisci tñ hoc est qd difficile cum indigeat longo expimēto respectu cuius nostra uita humana est breuis: Et ppea oportet nos recipere hoc ab astronomis.s.pagrationes eorū,& sitū:& hoc iuxta id quod potest haberi ab ipsis de uarietatibus horū astrorū.i. illud de quo potest haberi notitia per longū aspectū:& possibile est etiā ꝙ sydera faciant hoc sed ob nobilitatē horū corporū cęlestiū:ut diximus sepissime:nō uidetur nobis ꝙ cura de inferioribus sibi:sit ex prima intētione. Aliter.n.sequeretur ꝙ res ęterne essent corruptibiliū gratia:& nobile pp ignobile:Verūtñ quia curāt de his hoc modo/ideo nō possumus dicere ꝙ ignorent ea quę sunt hic,cū operationes cognoscētis inquantū est cognoscens sint cognitę.tamen eorum scientia est eo modo quo declarauimus. Et quia rectitudinē uel iustitiā motuū ipsoꝝ acquisierūt p id quod intellexerūt de essentia suoꝝ principioꝝ: Eorū aūt principia acqsiuerūt illud a primo principio qd est deus gloriosus & excelsus:ergo prima cura de nobis est a deo glorioso:& ipse est causa loci habitabilis super terrā:& quicqd inuenitur hic:de eo quod est bonū perfectū prouenit quidē a uolūtate & intētione sua sed proueniūt mala pp necessitatē materię. Sicut corruptio & debilitas seu tabes:& cętera alia:Q uod quidē ideo fuit: quia cū hoc esse nō possit inueniri nisi uno duoꝝ modorū.uidelicet: uel ꝙ nō inueniantur istę res quę patiūtur malū:& sic hoc erit malus malū:uel ꝙ inueniātur isto modo cū eoꝝ esse sit impossibile aliter se habere:ut exempli gratia:ignis cuius iuuamentū in mūdo est satis notū:& tñ accidit ei per accidens ꝙ corrūpat multa uegetabilia & aīalia. Aspice aūt in cura de animalibus:quo pacto imposuit eis sensum tactus:quia hoc est eis possibile iuxta eorum naturā adeo ꝙ per ipsum aufugiūt sensibilia corruptiua ipsoꝝ:idē tidē tribuit unicuiq generi animatoꝝ id quo custodiatur eius esse a rebus nascientibus ipsum:& hoc etiā iuxta id quod est de natura illius animalis recipe de ea re:& hoc etiā est unū ex qbus apparet ꝙ dat cura de his rebus. & ppea si tu cōsiderabis multas res horū animaliū/uidebis ꝙ ē impossibile ꝙ inueniātur nisi ponātur illę res qbus cōseruatur suū esse:& id in quo magis apparet hoc est homo:si.n.nō esset intellectus nō posset ipse repiri aliquo tēpore. hinc apparet ꝙ illa principia sciunt mala q̄ sunt hic eo modo quo sunt:& ꝙ nō puenit eorū cura tantum ad hoc ꝙ prestent nobis esse. Sed res etiam quibus conseruemus esse nostrum ab eo quod habet corrumpere nos.

¶ Et Alexander dicit ꝙ qui dicit ꝙ illa habent curā de omnibus singularibus est dictū ualde erroneū:ut quidā putabant:nā cura ab eis fiet ex eo ꝙ sciūt:ut predictū fuit/quo pacto ergo poterūt habere nouas notitias particulares maxime ꝙ erūt in

finite:& q ita dicit attribuit deo impietatē etiā de necessitate:nā si ipse procedet uia regitiua uniuscuiusq; indiuidui: Qualiter ergo patitur indiuiduū mala dum deus regit ipsum: Intelligo autē p genera malorū hic/id quod est possibile nō rui in ipm. Mala.n.necessaria si accidant in aliquo indiuiduo nō debet aliqs dicere q; hoc nō sit a deo: sed maior pars illorū q credūt hāc opinionem de cura putāt tribuere sibi possibilitatē qm̄ omnia sunt possibilia apud deū: & ideo oportet secūdum ipsos de necessitate attribuere ei impietatē uel iniustitiā: q; aūt sit impossibile oia esse possibilia est manifestissimū: Nā impossibile est corruptibile esse perpetuū: & ipm eternū esse corruptibile: quemadmodū est impossibile triangulū habere angulos equales quattuor rectis: neq; q; colores euadant soni: Tractare aūt de hoc nocet in scientia humana ualde: Qui aūt dicit ī huius rei ratione q; eius opatiōibus nō pōt attribui iniustitia: sed boni & mali attributio est eadē: est dictū extraneū ualde a natura hominis: & remotū a natura entis/quod est in ultimo bonitatis: nā non dabit aliquod bonū p se: sed ex suppositiōe: Neq; aliqd malū de seimo malū poterit esse uel euadere bonū & bonū malū: & nulla dabitur ueritas adeo q; magnificare primū & iseruire ei/erit bonū ex positione: & sic erit possibile q; sit bonū dimittere inseruire sibi & declinare a credulitate magnificandi ipsum: & omnes istę opiniones: uidētur esse similes opinionibus Pithagore nos autem explebimus declarare quid enorme cōtineat/quem in tractu in illo post istum/cum auxilio dei gloriosi.

FINIS.

¶ Hic definit sermo secūdę partis huius sciētię: quę est quartus tractatus huius nostri libri: Impressum Bononię ad instātiā Heredū Benedicti Hectoris Bibliopolę Bonoñ. Anno Dñi.1523.die.3.Decēbris.

